STR. La conosco, vecchio mio, la vostra usanza di regalar spesso.

EUC. Lascialo, lascialo andare! non mi pagar di girandole, ch' io non burlo.

STR. Che domin devo io lasciare? che non lo dite voi checchè sia questo? In fede di galantuomo, io non ho nè tolta, nè tocca cosa del mondo.

Euc. *Ostende huc manus.*

Str. *Hem tibi ostendo, eccas.*

Euc. *Video. Age, ostende etiam tertiam.*

Str. *Lariiae hunc atque intemperiae insaniaeque agitant senem.*

Facin' injuriam, an non?

Euc. *Fateor, quia non pendes, maxumam.*

Atque id quoque jam fiet, nisi fatere.

Str. *Quid fatear tibi?*

Euc. *Quam abstulisti hinc.*

Str. *Di me perdant, si ego tui quidquam abstuli.*

Euc. *Neve adeo abstulisse vellem. — Agedum, excutedum pallium . . .*

Str. *Tuo arbitratu.*

Euc. *Ne inter tunicas habeas!*

Str. *Tenta, qua lubet.*

Euc. *Vah, scelestus quam benigne! ut ne abstulisse intellegam.*

Novi sycophantias. Age, rursus ostende huc manum

Dexteram.

Str. *Hem!*

Euc. *Nunc laevam ostende.*

Str. *Quin equidem ambas profero.*

Euc. *Jam scrutari mitto. Redde huc.*

Str. *Quid reddam?*

Euc. *Au, nugas agis!*

Certe habes!

Str. *Habeo? quid ego habeo?*

Euc. *Non dico: audire expetis.*

Id meum quidquid habes, redde.

Digitized by Google

EUC. Tira fuori le mani?

STR. Eccole.

EUC. Veggo: su, fammi vedere quell' altra.

STR. Il fistolo l'ha colto e lo fa dar ne' lumi. È torto questo che mi fate, o no?

EUC. Si e grande perchè non penzoli, ma t' appiccherò io, se non parli.

STR. Che v' ho da dir io?

EUC. Quello che hai rubato di qui.

STR. La rovella mi mangi, s' io ho portato via cosa del vostro.

EUC. Nè vorrei che l' avessi fatto. — Su, scuoti il mantello . . .

STR. Finchè volete.

EUC. Perchè non l' abbi intra le toniche.

STR. Frugate dove vi garba.

EUC. Veh! questo capestro che buon per la pace mi dà egli! acciò non m' addia ch' e' l' ha rubato! l' ho vista la taccola. Or via, fammi vedere la man destra.

STR. Eccola.

EUC. Ora la sinistra.

STR. Anzi ve le tiro fuora tuttadue.

EUC. Omai cesso dal frugarti. Dammelo.

STR. E dàgli! che v' ho da dare?

EUC. Tu mi fai il grosso! tu l' hai.

STR. L' ho? ma che ho io?

EUC. Non te lo dico, no, tu vorresti udirlo. Dammi il mio che tu hai.

Digitized by Google

STR. *Insanis: perscrutatus 's*
Tuo arbitratu, neque tui me quidquam invenisti penes.
EUC. Mane, mane: quis illic est, qui hic intus alter erat tecum simul?
Perii hercle! ille nunc intus turbat; hunc si amitto, hinc abierit.
Postremo hunc jam perscrutavi; hic nihil habet. Abi quo lubet.
Jupiter te dique perdant!
STR. *Gratias agis haud male.*
EUC. Ibo intro, atque illi socienno tuo jam interstringam gulam.
Fugin' ab oculis? abin' hinc, an non?
STR. *Abeo.*
EUC. *Cave, sis, revideam! —*
STR. Ecmortum ego me mavelim leto malo!
Quam non ego illi dem hodie insidias seni!
Namque hic jam non audebit aurum abstrudere:
Credo, ecferet jam secum et mutabit locum.
Attat, foris crepuit! senex eccum aurum ecfert foras!
Tantisper ego hinc ob janua concessero.
EUC. Fide censebam maxumam multo fidem
Esse: ea sublevit os mihi penissume.
Ni subvenisset corvos; periissem miser.
Nimis hercle ego illum corvom, ad me veniat, velim,
Qui indicium fecit, ut ego illice aliquid boni
Dicam: nam quod edit, tam duim, quam perduim.
Nunc, hoc ubi abstrudam, cogito solum locum.
Silvani lucus extra murum est avius,
Crebro salicto oppletus: ibi sumam locum.
Certum est: Silvano potius credam, quam Fide.

STR. Avete dato la volta: voi m' avete frugato a vostro agio, nè presso me trovaste cosa del mondo che vi appartenesse.

EUC. Stà, stà e chi è colui ch' era venuto dentro con te? Io sono spacciato! Colui mi caccia in sbaraglio ogni cosa, se io lascio costui, e' mi paga d'un canto. Alla fin fine costui l' ho gia frugato, ed ha nulla vattene dove vuoi: il morbo che ti colga!

STR. Eh, non è cattiva grazia.

EUC. Andrò dentro, e a quell' altro tuo buon sozio aggiusterò a modo mio la gola. E non te ne vai ancora via, da miei occhi? Vai si' o nò?

STR. Vado.

EUC. Guarda che non ti rivegga! —

STR. Possa crepar di mala morte, s'io oggi non l' accocco a questo barbogio! non si fiderà egli di lasciar qui l' oro. Ed omai io credo se lo porti seco e gli cambi quartiere. Tal tal ta! si fè sentire la porta! ecco il vecchio che porta fuori il marsupio. Mi tirerò qui un poco dopo la porta.

EUC. Io credea più lealtà nella Fede, ma la m' ha dato della polvere negli occhi: se non fosse venuto quel corvo ad ajutarmi, io starei fresco. Quanto desidererei mi si offrisse quel buon corvo che me ne diè l' indizio, che gli direi qualche buona parola: impercioecchè il dargli da mangiare saria lo stesso che perdere. Or io vado rivoltando in capo un luogo solitario dov' io possa seppellire il morto. Il bosco di Silvano, fuori le mura, è giù di via, ed è pieno di salici. Ivi troverò un luoghetto. Basta così mi riprometto più in Silvano che nella Fede.

Digitized by Google

STR. *Euge, euge, di me salvom et servatum volunt!*
Jam illuc praecurram; atque inscendam aliquam in arborem:
Inde observabo ego, aurum ubi abstrudat senex.
Quamquam hic manere me herus sese jusserat,
Certum est, malam rem potius quaeram cum lucro.

SCENA III.

LYCONIDES, EUNOMIA, PHAEDRA.

LYC. *Dixi tibi, mater; juxta rem mecum tenes*
Super Euclionis filia: nunc te obsecro
Resecroque, mater, quod dudum obsecraveram:
Fac mentionem cum avonculo, mater mea!
EUN. *Scis tute, facta velle me, quae tu velis.*
Et istuc confido a fratre me inpetrassere,
Et causa justa est: si quidem ita est, ut predicas,
Te eam conpressisse vinolentum virginem.
LYC. *Egone ut te advorsum mentiar, mater mea?*
PHA. *Perii, mea nutrix! obsecro te, uterum dolet!*
Juno Lucina, tuam fidem!
LYC. *Hem, mater mea,*
Tibi rem potiorem video: clamat, parturit.
EUN. *I hac intro mecum, gnate mi, ad fratrem meum,*
Ut istuc, quod me oras, inpetratum ab eo auferam.
LYC. *I; jam sequor te, mater. — Sed servom meum,*
Strobilum miror, ubi sit, quem ego me jusseram
Hic opperiri. Nunc ego mecum cogito:
Si mihi dat operam, me illi irasci injurium est.
Ibo intro, ubi de meo capite fiunt comitia.

Digitized by Google

Str. Egregiamente! viva, evviva! gli iddii mi voglion salvo! Io gli correrò innanzi e salirò in qualche pianta, e di là guarderò dove questo vecchio si ficchi il tesoro; e sebbene il padrone m'avesse ordinato di starmi qui, io son fermo di cercarmi il malanno col buon pro.

SCENA III.

Liconide, Eunomia, Fedra.

Lic. Già te l'ho detto, o madre, tu sai ogni cosa intorno a questa figliuola d'Euclione, or' io ti prego, e ti fo ancora quelli scongiuri che pur ora t'ho fatti; parlane, allo zio, o madre.

Eun. Tu sai che la voglia tua è la mia, e non son sfidata d'ottenerlo dal fratello: la causa è giusta, se pur è vero quello che tu di' d'aver, preso dal vino, compressa questa fanciulla.

Lic. E vuoi ch' io ti dica il falso, o madre?

Eun. Ahimè! balia, ajutami, oh che doglie all' utero! Giunon Lucina, ajutami!

Lic. Ah madre! a te veggo più facile il districarla, grida, è in sul parto.

Eun. Vien meco qua dentro, o figlio, da mio fratello, per darti fatta questa faccenda.

Lic. Va pure io verrò dopo, o madre. — Ma io son fuor del secolo di dove mai si sia cacciato Strobilo cui aveva detto di star qui. Or io penso meco che, se egli è pe' fatti miei, saria torto marcio l'adirarmene. Andrò dentro, dove si fanno gli squittinii della mia testa.

Digitized by Google

SCENA IV.

STROBILUS.

Picis (12) divitiis, qui aureos montis colunt,
Ego solus supero: nam istos reges ceteros
Memorare non volo, hominum mendicabula:
Ego sum ille rex Philippus. O lepidum diem!
Nam ut dudum hinc abii, multo adveni illuc prior,
Multoque prius me conlocavi in arborem;
Inde espectabam, ubi aurum abstrudebat senex.
Ubi ille abiit, ego me deorsum duco de arbore;
Ecfodio aulam auri plenam; inde exeo. Eloco
Video se recipere senem; me illic non videt:
Nam ego non me declinavi paulum extra viam.
Attat, eccum ipsum! Ibo, hoc uti condam domum.

SCENA V.

EUCLIO.

Perii! interii! occidi! Quo curram? quo non curram?
Tene, tene! —
Quem quis? Nescio, nil video, caecus eo, atque equidem, quo eam
Aut ubi sim aut qui sim, nequeo cum animo certum investigare.
Obsecro vos ego, mihi auxilio (oro, obtestor!) sitis, et hominem
Demonstretis, qui eam abstulerit!
Quid est? quid ridetis? Novi omnis: scio, fures esse hic conpluris,
Qui vestitu et creta occultant se, atque sedent, quasi sint frugi!

SCENA IV.

STROBILO.

Da me solo io supero la ricchezza de' Grifi che hanno i monti d'oro: non vo' parlarne di questi cacastecchi di regoletti: io sono quel re Filippo! oh caro di! — Battutamela di qua, arrivai quivi molto prima, e a buon'ora mi sono arrampicato sur un albero e di là sbirciava dove il vecchio riponeva il marsupio. Andatosene quegli con Dio, io mi sgranchio dalla pianta, scavo una pentola piena d'oro, e me la colgo. Veggo da lì a poco il vecchio che sen tornava, ma egli non vede me, perchè lo cansai traendomi giù di via. Oh guarda! vello qui! andrò per nasconder questo in casa.

SCENA V.

EUCLIONE.

Son diserto! son morto! son disfatto! dove andrò? dove non andrò? — Ferma! ferma! — ma chi? non so; nulla io veggo, son cieco, perchè non conosco più nè dove cammini, nè chi io mi sia. Deh, voi altri, in carità ajutatemi ed insegnatemi l'uomo che me l'ha tolta. — Che è questo? perchè sghignazzate? Lane, vi conosco. — Trafurelli qui non mancano che veston bene e stan seduti come cime di galantuomini. Che mi di' tu?

Digitized by Google

Quid ais tu? Tibi credere certum est: nam esse bonum, e voltu cognosco. —
Hem, nemo habet horum? — Occidisti! — Dic igitur, quis habeat! Nescis?
Heu me miserum! misere perii!
Male perditu', pessume ornatus, eo:
Tantum gemiti et malae moestitiai hic dies mihi obtulit
Famem et pauperiem! perditissumus omnium ego sum in terra!
Nam quid mi opust vita, qui tantum perdidi auri,
Quod custodivi sedulo? Egomet me frudavi
Animumque meum Geniumque meum!
Nunc eo alii laetificantur, meo malo et damno! Pati nequeo!

SCENA VI.

LYCONIDES, EUCLIO.

LYC. Quinam homo hic ante aedis nostras ejulans conqueritur moerens? —
At hic quidem Euclio est, ut opinor. — Oppido ego interii! palam est res:
Scit peperisse jam, ut ego opinor, filiam suam. Nunc mi incertum est,
Abeam an maneam, an adeam an fugiam. Quid agam, edepol nescio.

EUC. Quis homo hic loquitur?
LYC. Ego sum miser.
EUC. Imo ego sum et misere perditus,
Quoi mala tanta moestitudoque obtigit.
LYC. Animo bono es.

io voglio averti fede imperciocchè m' hai l' aria dell' uomo onesto. — Ohe! nessuno ha la pentola? — che tu agghiada! — dillomi adunque chi l' abbia! nol sai? — Ahi tristo alla vita mia! Son proprio tristamente sconfitto, assassinato, e mal capitato son io! Questo dì m' ha riversata addosso tanta grandine di guai! fame e miseria! omai trovomi il più rovinatissimo uomo del mondo! che ho da farne della vita? io che ho perduto tant' oro? dopo tanta custodia? Ho frodato me, il mio cuore, il mio genio! altri farà baldoria in barba del mio danno; non me ne so dar pace.

SCENA VI.

LICONIDE, EUCLIONE.

LIC. Chi è lo sgraziato che fa tanti rammarichi qui sopra il nostro uscio? egli ha da essere Euclione. — Io son morto! la tresca è già scoperta: omai, avrà egli risaputo il parto della figliuola. Ora sto in ponte io se devo stare o fuggirmela. Io non so che farmi.

EUC. Chi parla qua?

LIC. Io, che son pieno di malanni.

EUC. Io sì, che sono scassinato del mondo, essendomi tocca in capo tanta miseria da morirci sotto.

LIC. Statti tranquillo!

Digitized by Google

Evc. Quo obsecro, pacto esse possum?

Lyc. Quia istuc facinus, quod tuom
Sollicitat animum, id ego feci et fateor.

Evc. Quid ego ex te audio?

Lyc. Pol id, quod verum est.

Evc. Quid ego de ted, adulescens, me-
rui mali,
Quamobrem ita faceres, meque meosque perditum
ires liberos?

Lyc. Deus inpulsor mihi fuit; is me ad illam inlexit.

Evc. Quo modo?.

Lyc. Fateor, me peccavisse, et me culpam conmeritum scio;
Id adeo te oratum advenio, ut animo aequo ignos-
cas mihi.

Evc. Cur id ausus facere, ut id, quod tuom non esset,
tangeres?

Lyc. Quid vis fieri? Factum est illud: fieri infectum non
potest.
Deos voluisse credo: nam ni vellent, non fieret, scio.

Evc. At ego deos credo voluisse, ut apud me te in ner-
vo enicem!

Lyc. Ne istuc dixis!

Evc. Quid tibi ergo meam me invito tactio est?

Lyc. Quia vini vitioque amoris feci.

Evc. Homo audacissume,
Cum istacin' te oratione huc ad me adire ausum,
inpudens?
Nam si istuc jus est, ut tu istuc excusare possies,
Luce claro deripiamus aurum matronis palam;
Post id, si prehensi simus, excusemus: ebrios
Nos fecisse amoris causa. Nimis vile est vinum at-
que amor,

Euc. E come lo posso io?

Lic. Perchè questo sfregio, onde n'hai cotanto affanno, son io che te l'ha fatto, e confessolo.

Euc. Che sento io da te?

Lic. La verità.

Euc. E che t'ho fatto io, o giovinastro, per accoccarmene una sì grossa, di rovinar me e la mia famiglia?

Lic. Fu un Dio che mi v' ha spinto; questo mi fè venir la pruzza nelle mani.

Euc. In che modo?

Lic. Confesso il mio peccato, e so quanta n'è la colpa; e per ciò vengo a pregare il tuo perdono.

Euc. E perchè essere così avventato a toccar quello che non era tuo?

Lic. Che vuoi? quello che avvenne, avvenne; ne' più si può disfare: io credo sien stati gl' iddii che l'abbian voluto, imperciocchè se non l'avessero voluto, so che non l'avrebbero permesso.

Euc. Ma pur cred' io abbian voluto gl' iddii che io ti strozzi.

Lic. Non dir questo.

Euc. E perchè mettervi le mani addosso contro mia voglia?

Lic. In colpa del vino, dell' amore.

Euc. Oh faccia di pallottola! con queste parole mi vien tu innanzi, o spiattellato? se vi fosse questo diritto, col quale ora tu vuoi scagionarti, di bel dì e in faccia al mondo rubiam l' oro alle matrone: se veniam presi dopo scusciamoci: diciamo, averlo fatto per amore quando eravam ciompi. O che spurcizia sa-

Si ebrio atque amanti inpune facere, quod lubeat; licet.

Lyc. Quin tibi ultro supplicatum venio ob stultitiam meam.

Euc. Non mi homines placent, qui, quando male fecerunt, purgitant.

Tu illam scibas non tuam esse: non attactum oportuit.

Lyc. Ergo quia sum tangere ausus, haud causificor, quin eam

Ego habeam potissumum.

Euc. Tun' habeas me invito meam?

Lyc. Haud te invito postulo; sed meam esse oportere arbitror.

Quin meam invenies, inquam, illanc esse oportere, Euclio.

Euc. Jam quidem hercle te ad praetorem rapiam, et tibi scribam dicam,

Nisi refers!

Lyc. Quid tibi ego referam?

Euc. Quod subripuisti meum.

Lyc. Subripui ego tuom? unde? aut aut quid id est?

Euc. Ita te amabit Jupiter,

Ut tu nescis!

Lyc. Nisi quidem tu mihi, quid quaeras, dixeris.

Euc. Aulam auri, inquam, te reposco, quam tu confessus mihi

Te abstulisse.

Lyc. Neque edepol ego dixi, neque feci.

Euc. Negas?

Lyc. Pernego immo: nam neque ego aurum, neque istaec aula quae sit,

Scio, nec novi.

rebbe il vino e l'amore, se all' ubbriaco ed all' amante fosse lecito tutto che gli frulla.

LIC. Ma se vengo io a chiederti perdono della mia sciocchezza.

EUC. Non mi piacciano questi uomini che vengono a scusarsi dopo il mal fatto: tu sapevi quella non essere tua, e non dovevi toccarla.

LIC. E adunque perchè osai toccarla, io non mi canso dal farla mia.

EUC. Farla tua a dispetto mio?

LIC. No, non voglio a dispetto tuo, ma credo l'abbia da esser mia; che anzi? tu la troverai in tal termine, o Euclione, che giudicherai necessario il darmela.

EUC. Omai io tirerotti al pretore, e ti denunzio se non me lo rendi.

LIC. Che t' ho da rendere?

EUC. Il mio che hai tolto.

LIC. Io ho tolto del tuo? donde? che è questo?

EUC. Tanto bene ti desse Iddio, come tu nol sai!

LIC. Se tu non mi dici quello che cerchi.

EUC. Una pentola d' oro io ti dimando, che tu hai confessato avermi tolta.

LIC. Io? ne te l' ho detto, nè l' ho fatto.

EUC. E lo neghi?

LIC. Anzi lo rinnego: imperciocchè io nè oro, nè pentola non vidi, nè conobbi mai.

Digitized by Google

Evc. *Illam, ex Silvani luco quam abstuleras, cedo!*
I, refer! dimidiam tecum potius partem dividam.
Tametsi fur mihi es, molestus non ero furi. I, refer!
Lyc. *Sanus tu non es, qui furem me voces: ego te, Euclio,*
Alia de re rescivisse censui quae ad me attinet,
Magna, quam ego tecum otiose, si otium est, cupio loqui.

Evc. *Dic bona fide: tu id aurum non subripuisti?*
Lyc. *Bona.*
Evc. *Nec scis, quis id abstulerit?*
Lyc. *Istuc quoque bona.*
Evc. *Atque si scies,*
Quis id abstulerit, mi indicassis?
Lyc. *Faciam.*
Evc. *Neque partem tibi*
Ab eo, quiqui est, indipisces, neque furem excipies?
Lyc. *Ita.*
Evc. *Quid, si fallis?*
Lyc. *Tum me faciat, quod volt, magnus Jupiter.*
Evc. *Sat habeo. Age nunc, loquere, quod vis.*
Lyc. *Si me novisti minus,*
Genere qui sim gnatus: hic mihi est Megadorus avonculos;
Meus fuit pater Antimachus; ego vocor Lyconides;
Mater est Eunomia.
Evc. *Novi genus: nunc, quid vis, id volo*
Noscere.
Lyc. *Ex te filiam tu habes.*
Evc. *Imo eccillam domi.*
Lyc. *Eam tu despondisti, opinor, avonclo meo.*
Evc. *Omnem rem tenes.*

Digitized by Google

EUC. Quella che avevi tolta dal bosco di Silvano, dammela! va, riportala! faremo a mezzo piuttosto! e sebben tu siami ladro, al ladro io non darò molestia.

LIC. Tu non hai teco il cuore, dandomi tanto del ladro in capo; io, Euclione, credeami avessi risaputa altra cosa, che la entra nei fatti miei, ed è di gran momento, cui io, se hai tempo, vo'dire a bell'agio.

EUC. Dimmelo in buona fede; tu non hai granciito quest'oro?

LIC. No, da galantuomo.

EUC. Nè sai chi l'abbia rubato?

LIC. Nemmen questo.

EUC. E se sapessi chi l'ha carpito, me lo diresti?

LIC. Direi.

EUC. Nè tu, chiunque egli sia, da lui non cercheresti porzione, nè darai ricetto al ladro?

LIC. No.

EUC. E se m'inganni?

LIC. Allora di me faccia Iddio il piacer suo.

EUC. N'ho abbastanza. Ombè di' quello che vuoi.

LIC. Se tu ben non conosci la mia casa: questo Megadoro è mio zio da lato di madre, mio padre fu Antimaco, io mi chiamo Liconide, e mia madre è Eunomia.

EUC. Conosco la famiglia; or dicci quello che vuoi: escine.

LIC. Tu hai una figliuola.

EUC. Anzi, eccola in casa.

LIC. Tu l'hai promessa io credo a mio zio.

EUC. Sai dall'A alla Zeta.

Digitized by Google

Lyc. *Is me nunc renuntiare repudium jussit tibi.*
Euc. *Repudium rebus paratis exornatis nuptiis?*
Ut illunc di inmortales omnes deaeque, quantum est, perduint,
Quem propter hodie auri tantum perdidi, infelix miser!
Lyc. *Bono animo es! benedice! Nunc quae res tibi et gnatae tuae*
Bene feliciterque vortat . . . Ita di faxint, inquito.
Euc. *Ita di faciant!*
Lyc. *Et mihi ita di faciant! Audi nunc jam.*
Qui homo culpam admisit in se nullust tam parvi preti,
Quom pudet, quom purgat sese: nunc te obtestor, Euclio,
Si quid ego erga ted inprudens peccavi aut gnatam tuam,
Ut mi ignoscas eamque uxorem mihi des, ut leges jubent.
Ego me injuriam fecisse filiae fateor tuae,
Cereris vigiliis, per vinum atque inpulsu adulescentiae.
Euc. *Hei mihi, quod facinus ex ted audio?*
Lyc. *Cur ejulas,*
Quem ego avom feci jam ut esses filiai in nuptiis?
Nam tua gnata peperit decumo mense post (numerum cape):
Ea re repudium remisit avonculus causa mea.
I intro: exquire, sitne ita ut ego praedico.
Euc. *Perii oppido!*
Ita mihi ad malum malae res plurimae se adglutinant.
Ibo intro, ut quid hujus veri sit, sciam.

Lic. Egli m' ordinò venissi a dartene il disdetto.

Euc. Il disdetto, or che tutto è all' ordine, e son preparate le nozze? Che tutti gli dii, quanti ve ne hanno, sprofondino colui, pel quale io sgraziato e tapinello, ho perduto tant' oro!

Lic. Sta di buon animo, e ringrazia Dio; ora quello che a te ed alla figliuola tua torna meglio . . . così voglia Dio, dillo.

Euc. Così voglia Dio!

Lic. E si avvenga anche a me! Sentimi omai. Niun uomo è più vituperevole di colui che, fatto un fallo, non se ne vergogna, e non ne chiede perdono: ora io ti scongiuro, Euclione, che se ho fatta qualche imprudenza verso te e la tua figliuola, me l' abbi a perdonare, dandomela in moglie conforme comandano gli statuti. Io confesso d' averti compressa la figlia nelle veglie di Cerere, spinto dal vino e dal caldo dell' età.

Euc. Guai a me! ah! ribalderia che sento io mai!

Lic. Piangi forse perchè t' ho fatto nonno nelle nozze della figlia? Imperciocchè, (e fanne i conti) la figliuola tua partorì dopo dieci mesi: per questo e per amor di me lo zio ha mandata la disdetta. Va dentro, cerca, se la è come te la canto io.

Euc. Io son sotterrato! e questa ci voleva per giunta dalla derrata. Andrò, dentro, per accertarmi dalla faccenda.

Lyc. *Jam te sequar.*
Haec propemodum jam esse in vadum salutis res videtur.
Nunc servom esse ubi dicam meum Strobilum, non reperio;
Nisi etiam hic opperiar tamen paulisper; postea intro
Hunc subsequar: nunc interim spacium ei dabo exquaerendi
Meum factum ex gnatae pedisequa nutrice anu: ea rem novit.

LIC. Ed io ti vengo dietro. Parmi che omai la barca navighi al lido. Dove dirò io ora siasi ficcato Strobilo, chè non lo veggo; l' aspetterò qui un pocolino e poi andrò sulle pedate di costui: intanto gli lascerò tempo per le sue ricerche, dalla vecchia serveute e balia della giovane: colei la sa ogni cosa.

Digitized by Google

ACTUS V.

SCENA I.

STROBILUS, LYCONIDES.

STR. *Di inmortales, quibus et quantibus me donatis gaudiis!*
Quadrilibrem aulam auro onustam habeo: quis me est ditior?
Quis me Athenis nunc mage quisquam est homo, quoi di sint propitii?

LYC. *Certo enim ego vocem hic loquentis modo me audire visus sum.*

STR. *Hem,*
Herum ego adspicio meum?

LYC. *Strobilum video ego hunc, servom meum?*

STR. *Ipsus est!*

LYC. *Haud alius est!*

STR. *Congrediar.*

LYC. *Contollam gradum.*
Credo ego illum, ut jussi, campse anu adiisse, hujus nutricem virginis.

STR. *Quin ego illi mi inueuisse dico hanc praedam, atque eloquor?*
Igitur orabo, ut manu me mittat. Ibo atque eloquar.
Reperi . . .

LYC. *Quid reperisti?*

STR. *Non, quod pueri clamitant*
In faba se reperisse.

Digitized by Google

ATTO V.

SCENA I.

STROBILO, LICONIDE.

STR. Oh dei immortali, quali e quante gioje mi date voi. Io ho un orciuoletto pieno di quattro libbre d' oro: chi è più ricco di me? Chi v' ha in Atene cui facciano miglior viso gli dèi?

LIC. Certo qui parvemi udir la voce d'un che parlava.

STR. Ahu! È il padron ch' io veggo?

LIC. È Strobilo chi io trovo?

STR. Gli è lui.

LIC. E' non è altri.

STR. L' affronterò.

LIC. Androgli incontro: avvisomi che, come gli ho detto, sia stato egli dalla vecchia nutrice di questa fanciulla.

STR. E perchè non gli dico io d' aver trovata questa cuccagna? Lo pregherò perchè mi franchi, andrò e gliene farò molto. Ho trovato . . .

LIC. Che hai trovato?

STR. Non ciò che gridano i putti aver trovato nella fava.

Digitized by Google

Lyc. *Jamme item, ut soles, deludis?*
Str. *Here, mane: eloquar jam: ausculta.*
Lyc. *Age ergo, loquere.*
Str. *Reperi hodie,*
Here, divitias nimias . . .
Lyc. *Ubinam?*
Str. *Quadrilibrem, inquam, aulam auri plenam!*
Lyc. *Quod facinus audio ex ted?*
Str. *Enclioni huic seni subripui.*
Lyc. *Ubi id est aurum?*
Str. *In arca apud me: nunc volo me emitti manu.*
Lyc. *Egone te manud emittam, scelerum cumulatissume?*
Str. *Abi, here! scio, quam rem geras! lepide hercle animum tuom tentavi!*
Jam, ut eriperes, adparabas: quid faceres, si repperissem?
Lyc. *Non potes probasse nugas. I, redde aurum.*
Str. *Reddam ego aurum?*
Lyc. *Redde, inquam: huic ut reddatur.*
Str. *At unde?*
Lyc. *Quomodo? fassus es*
Esse in arca.
Str. *Soleo hercle ego garrire nugas: ita loquor.*
Lyc. *At sin', quomodo?*
Str. *Vel enica hercle! hinc nunquam a me feres!*

Digitized by Google

Lic. Tu se' sempre sulle burle.

Str. Fermatevi, padrone, lo dirò: sentitemi.

Lic. Parla adunque.

Str. Ho trovata oggi, o padrone, gran furtuna . . .

Lic. Dove?

Str. Una pignatta gravida di quattro libbre d'oro.

Lic. Che sento io da te?

Str. L'ho graffignata a questo vecchio Euclione.

Lic. E dov'è quest'oro?

Str. Nella cassa presso di me, nè me lo voglio far uscir di mano.

Lic. Ed io, dovrò farti libero, o capestro?

Str. Via, padrone, so che mulinate voi! io l'ho fatto per assaggiarvi, già voi vi preparavi a buscarmelo: che faressi voi, se proprio l'avessi trovato.

Lic. Lucciole non me ne vendi: va, rendi l'oro.

Str. Io, render l'oro?

Lic. Per restituirlo a costui.

Str. Ma come?

Lic. Come? hai detto essere nella cassa.

Str. Voi sapete burlon che son io, adesso ne dissi una.

Lic. Ma sai perchè?

Str. Strozzatemi anche! ma da me voi non lo avrete mai.

Digitized by Google

SEQUENTIA

SUNT SUPPOSITA.

Lyc.Quid istic? quoniam pervicus abdis! — Non feram unquam?
Str. *Quod non habeo?*
Lyc.Efferaris cave, ni actutum id acri est redditio seni!
Str.Seu propensus libitinarius, sive pollinctorius
Efferar, unquam dabo, ni noviter fodiam arrugiam.
Lyc.Vae capiti tuo!
Str. *Imo senecis et capitulo et pectori,*
Qui auri tantum perdidit!
Lyc. *Quis reperit?*
Str. *Quem reperisse vis.*
Lyc.Qui id in arca habere subreptum autumavit.
Str. *Quam tibi*
Pulcre conniveant, here, oculi, si id fatear factum tibi!
Tecum quod lusi, non par est serio praevortier.
Lyc.At nunc jam ne me irritassis! redde! susque deque haud agites!
Str.Here; si id reperietur; certum est, gemina lancea confitentem
Te icere?
Lyc. *Redde!*
Str. *Attat, vis cassum!*
Lyc. *Redde!*
Str. *Attat, incassum quaeris!*

Digitized by Google

Lyc. *Redde! Ego propero, ut comitiis quid proxumis, videam. Senex aulam*
Auri perdidit: Megadorus repudium renuntiavit,
Filiam peperisse vitio rescit. —

Str. *Hero, quantum ego video,*
Nemo benignior. Alii namque, quae inventa occulunt vaniloqui,
Domi negant, et aliud post aliud, si qua opportunitas,
Harpagatum est sibi. Eleusina si siet, facilem deam
Credunt; si Cotytto, non videre, quom batuat, colunt;
Ita neque amicis neque cognatis neque dis parcunt, dum sibi.
Iste quidem, ne miserum faciat senem aut opulentam ejus familiam,
Auri plenam, onustam, grandem aulam jubet referrier,
Ut se faciat olim miserum ac familiam. Ast partem mi ego
Impartirier malim, unde redimar. Quod vortat bene,
Picus sinistra cantitavit, qui auri custos traditur:
Ibo et aulam referam: quod mihi bene avis illaec occinat.

ANTON. CODRO URCEO, Italo Scholastico et Professore Bononiensi, auctore, qui vixit sub Impp. Sigismundo et Friderico III. Aug.

— — quod non habeo.

LYC. Feram.

Velis, nolis! quin te quadrupedem strinxero,
Et herniosos testes ad trabem tibi
Divellam appenso! Sed cur in fauces moror
Hujus scelesti ruere? et animam protinus
Das, an non?

STR. Dabo.

LYC. Des ut nunc, olim, volo.

STR. Do jam: sed me animam recipere sinas, te rogo.
Ah, ah! quid, ut dem, poscis, here?

LYC. Nescis, scelus?
Et auri plenam quadrilibrem aulam mihi
Audes negare, quam te dixisti modo
Abripuisse? heja, jam ubi nunc lorarii?

STR. Here, audi pauca.

LYC. Non audio. Lorarii,
Heus, heus!

LOR. Quid est?

LYC. Parari ego catenas volo.

STR. Audi, quaeso! post me ligari jusseris
Quantum libet.

LYC. Audio: sed rem expedias ocius.

STR. Si me torqueri jusseris ad necem, vide,
Quid consequare; primum servi exitium habes;

Dein, quod concupisces, ferre non potes.
At si me dulcis libertatis praemio
Dudum captasses, jamdudum votis fores
Potitus. Omnes Natura parit liberos,
Et omnes libertati natura student.
Omni malo, omni exitio, pejor servitus:
Et quem odit Jupiter, servom hunc primum facit.

Lyc. *Non stulte loqueris.*

Str. *Audi reliqua nunc jam:*
Tenaces nimium dominos nostra aetas tulit,
Quos Harpagones, Harpyias et Tantalos
Vocare soleo, in opibus magnis pauperes
Et sitibundos in medio Oceani gurgite.
Nullae illis sunt satis divitiae, non Midae,
Non Croesi; non omnis Persarum copia
Explere illorum tartaream ingluviem potest.
Inique domini servis utuntur suis,
Et servi inique dominis nunc parent suis:
Sic neutrubi fit, fieri quod justum foret.
Penum, popinas, cellas promptuarias
Occludunt mille clavibus parci senes,
Quae vix legitimis natis concedi volunt.
Servi furaces, versipelles, callidi,
Occlusa mille clavibus sibi reserant,
Furtimque raptant consumunt, ligurriunt,
Centena nunquam furta dicturi cruce.
Sic servitutem servi ulciscuntur mali
Risu jocisque. Si ergo concludo, quod
Servos fideles liberalitas facit.

Lyc. *Recte quidem tu; sed non paucis, ut mihi*
Pollicitus. Verum si te facio liberum,
Reddes, quod cupio?

Digitized by Google

STR. *Reddam; sed testes volo*
Adsint. Ignosces, here: parum credo tibi.
LYC. Ut lubet; adsint vel centum; jam nihil moror.
STR. Megadore, et tu, Eunomia, adeste, precor, si libet!
Exite! perfecta re mox redibitis,
MEG. Qui nos vocat? hem, Lyconide.
EUC. *Hem, Strobile, quid est?*
Loquimini.
LYC. *Est breve quid.*
MEG. *Quid id est?*
STR. *Vos testes voco,*
Si quadrilibrem aulam auri plenam huc adfero
Et trado Lyconidae, Lyconides manu
Mittit, jubetque juris esse me mei.
Itan' spondes?
LYC. *Spondeo.*
STR. *Jamne audivistis hoc,*
Quod dixit?
MEG. *Audivimus.*
STR. *Enim jura per Jovem.*
LYC. Hem, quo redactus alieno ego jam sum malo!
Nimis procax es. Quod jubet, faciam tamen.
STR. Heus tu nostra aetas non multum fidei gerit:
Tabulae notantur; adsunt testes duodecim:
Tempus locumque scribit actuarius:
Tamen invenitur rhetor, qui factum neget.
LYC. Sed me cito expedi, sis.
STR. *Hem silicem tibi.*
LYC. Si ego te sciens fallam, ita me ejiciat Diespiter
Boni salva urbe et arce, ut ego hunc lapidem. Satin'
Jam feci tibi?

Digitized by Google

STR. Satis. Ut ego aurum apportem, eo.
LYC. I Pegaseo gradu, et vorans viam redi.
Grave est homini pudenti morologus nimis
Servus, qui sapere se plus volt hero suo.
Abeat hic Strobilus in malam liber crucem,
Modo mihi apportet aulam auro puro gravem.
Ut Euclionem socerum ex luctu retraham
Ad hilaritatem, et mihi conciliem filiam,
Ex compressu meo novam puerperam.
Sed ecce redit onustus Strobilus. Ut reor
Apportat aulam. Et certe est aula, quam gerit.
STR. Lyconide, porto inventum promissum tibi,
Aulam auri quadrilibrem. Num serus fui?
LYC. Nempe. O di immortales, quid video, aut qui habeo?
Plus sexcentos Philippeos ter et quater.
Sed evocemus Euclionem protinus.
O Euclio, Euclio!
MEG. Euclio, Euclio!
EUC. Quid est?
LYC. Descende ad nos: nam di te servatum volunt!
Habemus aulam.
EUC. Habestisne, an deluditis?
LYC. Habemus, inquam. Modo, si potis huc advola!
EUC. O magne Jupiter! o Lar familiaris et
Regina Juno et noster thesaurarie
Alcide, tandem miserum miserati senem?
Oh, oh, quam laetis, aula, tibi amicus senex
Complector ulnis, dulci et te capio osculo!
Expleri nequeo mille vel complexibus.
O spes, o cor, luctum depulcerans meum?

Digitized by Google

Lyc. *Auro carere semper duxi pessumum*
Et pueris et viris et senibus omnibus.
Pueros prostare, mendicari ipsos senes.
At multo pejus est ut video nunc, supra
Quam quod necesse est nobis, auro opulescere.
Heu, quantas passus est aerumnas Euclio
Ob aulam paulo ante a sese deperditam!

Euc. *Quoi meritas referam grates? an diis, qui bonos*
Respectant homines? an amicis, rectis viris?
An utrisque? Utrisque potius et primum tibi,
Lyconide, principium et auctor tanti boni.
Hac ego te aula auri condono. Accipias libens:
Tuam hanc esse volo et filiam meam simul,
Praesente Megadoro et sorore ejus, proba
Eunomia.

Lyc. *Et habetur et refertur gratia,*
Ut meritus es, socer exoptatus mi, Euclio.

Euc. *Relatam mihi satis putabo gratiam,*
Si donum nostrum et me ipsum accipias nunc libens

Lyc. *Accipio, et Euclionis volo mea sit domus.*

Str. *Quod restat, here, memento, ut liber nunc siem.*

Lyc. *Recte monuisti: esto merito liber tuo,*
O Strobile, et turbatam jam intus coenam para.

Str. *Spectatores, naturam avarus Euclio*
Mutavit: liberalis subito factus est.
Sic liberalitate utimini vos quoque,
Et, si perplacuit fabula, clare plaudite.

NOTE

(1) Così noi leggiamo appresso Lipsio: *Litterae I sonum triplicem deprehendo: primum ejus longae, et vere longae: quia non, ut caeterae, geminatur, aut apice insignitur: sed productior fit, et longitudine velut dupla e. g. PIso. VIVUS. ÆDILIS. QUINQUENNALIS ideo κατ᾽ἐξοχήν, inter omnes litteras haec proprie dicta longa. Plautus scivit: et in jocum captavit in persona* Staphylae. *Apage enim* vulgus interpretum, *qui de littera L capiunt, quia longiuscula ea in nostra scriptione, apage et* Lambinianam facem *qui ad quamvis grandiorem litteram vult aptari. Certo mecum Plautus cepit de ista: qua sola inter grandes et Romanas illas litteras (nam hac olim ignotae) super caeteras eminuit, et forma ipsa pensilem praetulit ac porrectum. Hac eadem mente* Ausonius *epigr.* 120 *in liguritorem Eunum scripsit*

Quid imperite Θ putas ibi scriptum,
Ubi locari jota convenit longum?

nam suspendio censet eum dignum.

(2) I latini ad un ladro dicevano uomo di tre lettere (fur); e questo motto era cotanto usato appresso loro chè, quanto si vede in questa commedia, Congrione l'ha di subito inteso. Come far si potea a conservar questo scherzo nella versione, non avendo noi una voce che equivalga a ladro composta di tre lettere? Era mestieri perchè il senso corresse con egual frizzo cambiare, e però in vece di *tre lettere* io ho detto di *cinque*, affinchè e il motto non perdesse nulla del suo sale, e corrispondesse anche col contesto della commedia.

(3) Ho seguita la lezione di Bothe, *stultum* leggono le volgate.

(4) Questo *tu* venne posto da Bothe, imperocchè il verso era mozzo.

(5) Sono stato con Bothe.

(6) Queste parole le edizioni senza un proposito al mondo le attribuivano ad Euclione.

(7) Bothe congiunge questa Scena alla precedente. Io avvisai starmene colle volgate conciossiachè il vecchio dopo aver detto *scis jam meam sententiam* era ito in casa, e venne fuori dopo coll'orciuoletto dell'oro.

(8) *Petunt cinifiones, sarcinatores petunt:* le volgate leggevano *fullones:* troviamo anche in Orazio Sat. 1. 2.

Custodes, lectica, cinifiones, parasitae.

(9) Questo verso fu preso da Nonio.

Digitized by Google

(10) Festo: *curionem agnum Plautus pro macro dixit, quasi cura macruisset.*

(11) Sono stato colla correzione di Bothe.

(12) Ho seguite le lezioni di Giunti e Camerario, Bothe legge *Picis* Valla e Sarracenio *Pici.*

Digitized by Google

EPIDICUS

L' EPIDICO

Digitized by Google

La favola festevolissima
di M. Accio Plauto
l'Epidico
di latino fatta volgare
PIERLUIGI DONINI
la dona
al suo maestro

PROF. BERNARDO BELLINI

il quale
non ricessando mai colla parola
e quello che è più coll'esempio
dall'oppugnare le false dottrine del secolo
diede alla Italia un nome
che vivrà chiaro ne' secoli venturi.

Digitized by Google

PERSONE DELLA FAVOLA

Epidicus	Epidico
Thesprio	Tesprione
Stratippocles	Stratippocle
Chaeribulus	Cheribolo
Apoecides	Apecide
Periphanes	Perifane
Miles	Soldato
Philippa	Filippa
Virgo	Fanciulla
Fidicina	Suonatrice di cetra
Danista	Usuriere
Grex	Caterva

La Scena è in Atene.

Digitized by Google

ACTUS I.

SCENA I.

EPIDICUS, THESPRIO.

EPI. *Heus, adulescens!*
THE. *Quis properantem me prehendit pallio?*
EPI. *Familiaris.*
THE. *Fateor: nam odio es nimium familiariter.*
EPI. *Respice vero, Thesprio!*
THE. *Vah! Epidicumne ego conspicor?*
EPI. *Certe oculis utere.*
THE. *Salve.*
EPI. *Di dent, quae velis.*
Venire salvom gaudeo.
THE. *Quid ceterum?*
EPI. *Quod coadsolet:*
Coena tibi dabitur.
THE. *Spondeo.*
EPI. *Quid?*
THE. *Me accepturum, si dabis.*
EPI. *Quid tu? agis, ut velis.*
THE. *Exemplum adest.*
EPI. *Intellego. Eugepae,*
Corpulentior videre atque habitior!
THE. *Huic gratia.*
EPI. *Quam quidem te jamdiu deperdidisse oportuit.*
THE. *Minus jam sum fortificus, quam antehac.*
EPI. *Quid ita?*

Digitized by Google

ATTO I.

SCENA I.

EPIDICO, TESPRIONE.

EPI. Ehi, quel giovane!
TES. E chi, quando ho tanta prescia, mi tira il mantello?
EPI. Un tuo dimestico.
TES. Vero, per Dio! conciossiachè questa noja me la dài troppo alla dimestica.
EPI. Volgiti, Tesprione!
TES. Vah! vedo io Epidico?
EPI. Non hai le traveggole.
TES. Buon dì.
EPI. Buon anno che Dio ti dia: godo che ci arrivi salvo
TES. Nient' altro?
EPI. Faremo all' usanza: avrai da cena.
TES. Ti do parola.
EPI. Di che?
TES. D' accettarla, se me la dài.
EPI. E tu mo'? se' contento de' fatti tuoi?
TES. Squadrami bene.
EPI. Veggo. Allegramente, mi sembri molto grosso e ben in carne!
TES. È tutto per questa.
EPI. Che la ti dovea buon tempo avanti aver mandato alle forche.
TES. Eppure adesso son meno trafurello di prima.
EPI. Perchè?

THE. *Rapio propalam.*

EPI. *Di inmortales te infelicent, ut tu es gradibus grandibus?*

Nam ut apud portum te conspexi, curriculo occoepi sequi:

Vix apiscendi potestas modo fuit.

THE. *Scurra es.*

EPI. *Scio*

Te esse quidem hominem militarem.

THE. *Audacter quamvis dicito.*

EPI. *Quid ais? perpetuon' valuisti?*

THE. *Varie.*

EPI. *Qui varie valent,*

Caprigenum hominum non placet mihi neque pantherinum genus.

THE. *Quid tibi vis dicam, nisi quod est?*

EPI. *Utilia respondes probe.*

Quid herilis noster filius? valet?

THE. *Pugilice atque athletice.*

EPI. *Voluptabilem mihi nuntium tuo adventu attulisti.*

Sed ubi is est?

THE. *Adveni simul.*

EPI. *Ubi is ergo est, nisi si in vidulo,*

Aut si in melina (1) attulisti?

THE. *Di te perdant!*

EPI. *Te volo*

Percontarier. Operam dato: opera reddetur tibi.

THE. *Jus dicis.*

EPI. *Me decet.*

THE. *Jam tu autem nobis praeturam geris?*

EPI. *Quem dices hominem digniorem esse hodie Atheuis alterum?*

Digitized by Google

TES. Rubo a faccia franca.

EPI. Il canchero che ti mangi! che berze sono le tue? Appena io t' ho visto al porto, per tenerti dietro, mi sono cacciata la via tra le gambe, e non t' ho raggiunto se non adesso.

TES. Tu se' uom cittadinesco.

EPI. So bene che se' uom di guerra.

TES. Dimmene pure a tua voglia.

EPI. Or via, sempre se' stato bene?

TES. Variamente.

EPI. Variamente? Non mi piacciono questi uomini, che ora han della capra or della pantera.

TES. Vuotu ch' io ti dica altro da quello che è?

EPI. Rispondimi a questo che è meglio. Qual novità del padroncino? è egli sano?

TES. Come un pesce.

EPI. Tu m' hai data una buona novella: dov' è egli?

TES. Venne con me.

EPI. E dov' è adunque, se pur tu non l' hai qui portato nella valigia o nella bolgia?

TES. Che Dio t' affranga!

EPI. Ho cosa a domandarti. Dammi ascolto, ch' io poi lo darò a te.

TES. Ben parli.

EPI. Da par mio.

TES. Dimmi, la fai tu da pretore fra noi?

EPI. E chi pensi tu mai sia oggidì uomo più degno in Atene.

Digitized by Google

The. At unum a praetura tuad, Epidice, abest.
Epi. *Quidnam?*
The. *Scies:*
Lictores duo, duo viminei fasces virgarum.
Epi. *Vae tibi!*
Sed quid ais?
The. *Quid rogas?*
Epi. *Ubi arma sunt Stratippocli?*
The. Pol illa ad hostis trafugerunt.
Epi. *Armane?*
The. *Atque quidem cito.*
Epi. Serione dicis tute?
The. *Serio, inquam, hostes habent.*
Epi. Edepol facinus inprobum!
The. *At jam ante alii fecerunt item.*
Erit illi illa res honori.
Epi. *Qui?*
The. *Quia antea aliis fuit.*
Mulciber, credo, arma fecit, quae habuit Stratippocles:
Travolaverunt ad hostis.
Epi. *Tum ille prognatus Theti:*
Sine perdat: alia adportabunt eii Nereii filiae.
Id modo videndum est, ut materies suppetat scutaris.
Si in singulis stipendiis ad hostis exuvias dabit.
The. Supersede istis rebus jam.
Epi. *Tu ipse, ubi lubet, finem face.*
The. Desiste percontarier.
Epi. *Loquere, ipse ubi est Stratippocles.*
The. Est causa qua causa simul mecum ire veritust.

Digitized by Google

TES. Ma, Epidico mio, falla una cosa alla tua pretura.

EPI. Quale?

TES. Eccola: due Littori, con due buoni fasci di vergole.

EPI. Tristo a te! Ma che aggiungi?

TES. E che domandi?

EPI. Dove sono l'arme di Stratippocle?

TES. Cazzica! disertarono al nemico.

EPI. Le armi?

TES. E han fatto presto.

EPI. Lo di' tu davero?

TES. Da verissimo, ti dico: sono in podestà del nemico

EPI. O vergognosissima vergogna!

TES. Ma ciò stesso hanno fatto altri prima di lui. A lui invece questa cosa tornerà in onore.

EPI. Come?

TES. Perchè diè l'esempio agli altri. Dee esser stato Vulcano che ha fatto l'armi ch'ebbe Stratippocle: elle trasvolarono al nemico.

EPI. Allora egli nacque da Teti: lascia che le perda, ed altre gliene porteranno le figlie di Nereo. Solo si dee far caso non manchi dopo il ferro agli scudaj, se, ogni volta ch'ei va soldato, si fa spogliare dal nemico.

TES. Lascia queste frottole.

EPI. Lasciale tu quando ti calza.

TES. Non dimandarmi altro.

EPI. Escine, dov'è Stratippocle?

TES. V'ha un perchè, pel qual perchè ebbe timore di venir meco.

Digitized by Google

Epi. *Quidnam id est?*

The. *Patrem videre se nevolt etiam nunc.*

Epi. *Quapropter?*

The. *Scies:*

Quia forma lepida et liberali captivam adulescentulam

De praeda mercatus.

Epi. *Quid ego ex ted audio?*

The. *Hoc, quod fabulor.*

Epi. *Cur eam emit?*

The. *Animi causa.*

Epi. *Quot illic homo animos habet?*

Nam certo, priusquam hinc ad legionem abiit domo,

Ipsus mandavit mi, ab lenone ut fidicina,

Quam amabat, emeretur sibid. Id ei inpetratum reddidi.

The. *Utcunque in alto ventust, Epidice, exin velum vortitur,*

Epi. *Vae misero mihi! male perdidit me!*

The. *Qui? istuc quidnam est?*

Epi. *Quid? istanc, quam emit, quanti eam emit?*

The. *Vili.*

Epi. *Haud istuc te rogo.*

The. *Redde igitur.*

Epi. *Quot minis?*

The. *Tot.*

Epi. *Quadraginta minis!*

The. *Id adeo argentum ab danista apud Thebas sumsit foenore,*

In dies minasque argenti singulas numis.

Epi. *Papae!*

The. *Et is danista advenit una cum eo, qui argentum petit.*

Digitized by Google

Epi. E qual è?

Tes. Per ora non vuol vedere il padre.

Epi. Perchè?

Tes. Sentilo: perchè dal bottino de' prigioni comperò una bella e gentil presenza di putta.

Epi. Oh! che sento io da te?

Tes. Quello che dico.

Epi. Perchè l'ha compera?

Tes. Per cavarsene le voglie.

Epi. Ma quante ne ha? Imperocchè, egli è vero come son qui, che, quando e' se n'andò via di casa all'esercito, m'ha ordinato, comperassi per lui da un ruffiano una giovane ceteratrice ch' egli vagheggiava: e io l'ho fatto.

Tes. Secondo soffia il vento, o Epidico, si gira la vela.

Epi. Ahi a me diserto! ei m'ha assassinato dell' ossa!

Tes. Che? Qual faccenda è questa?

Epi. Quale eh? costei che ha compera, a qual prezzo l'ebbe egli?

Tes. Per una bagattella.

Epi. Non questo ti cerco io.

Tes. Dammelo adunque in dietro.

Epi. Quante mine?

Tes. Contale.

Epi. Quaranta mine!

Tes. E tolse questa somma da un usuriere di Tebe, dandogli per baroccolo un denaro d' argento per mina al giorno.

Epi. Misericordia!

Tes. E questo barbino, venne con lui a farsi pagare.

Epi. *Di inmortales, ut ego interii basilice!*
The. *Quid jam, aut quid est, Epidice?*
Epi. *Perdidit me!*
The. *Quis?*
Epi. *Quis? Ille, qui arma perdidit.*
The. *Nam quid ita?*
Epi. *Quia cotidie ipse ad me ab legione epistolas*
Mittebat . . . Sed taceam optumum est. Plus scire satiust quam loqui,
Servom hominem; ea sapientia est.
The. *Nescio edepol, quid timidus trepidas,*
Epidice. Ita voltum tuom video: videre commeruisse,
Hinc me absente, in te aliquid mali.
Epi. *Potin', ut molestus ne sis?*
The. *Abeo.*
Epi. *Adsta! abire hinc non sinam.*
The. *Quid nunc me retines?*
Epi. *Amatne istam, quam emit de praeda?*
The. *Rogitas? Deperit . . .*
Epi. *Degetur (2) corium de tergo meo!*
The. *Plusque amat, quamde unquam amavit.*
Epi. *Jupiter te perduit!*
The. *Mitte nunc jam; nam illic me vetuit domum venire;*
Ad Chaeribulum jussit: huc in proxumum:
Ibi manere jussit: eo venturust ipsus.
Epi. *Quid ita?*
The. *Dicam.*
Quia patrem prius convenire se nevolt neque conspicari,
Quam id argentum, quod debetur pro illa, denumeraverit.

Digitized by Google

EPI. Potenzinterra! in che profondo son pericolato io!

TES. E sì mo', che hai di bello, Epidico?

EPI. M' ha perduto!

TES. Chi?

EPI. Chi? quegli che ha perdute le armi.

TES. Come?

EPI. Ogni dì egli mi trametteva lettere dall' esercito... Ma è meglio ch' io me la taccia: il servo ha più a saperne che a dirne: questa è vera sapienza.

TES. Io non so freddo che tu abbi nell' ossa, o Epidico: io vedo che tu in faccia se' come di terra, parmi che tu nella assenza mia ti sia meritato qualche malanno.

EPI. E potrai tu mo' non darmi noja?

TES. Me la batto.

EPI. Resta! io non ti lascio.

TES. A che mi vuoi tu adunque?

EPI. Ed è innamorato di costei che ha compera dal bottino?

TES. Dimandi? Ne è incarognito . . .

EPI. Povere mie spalle! v' ha da cascar la carne a tocchi!

TES. E incarognito tanto, che sì nol fu mai per alcun altra.

EPI. Il fistolo che ti colga!

TES. Lasciami ora; egli m' ha ordinato che non andassi in casa: volle che andassi da Cheribolo, e che ivi lo aspettassi, egli verrà quivi.

EPI. Perchè?

TES. Dirottelo: perchè non vuol trovare, nè veder suo padre, prima d' aver snocciolato quel denaro che deve per colei.

Epi. Heu edepol res turboleutas!

The. *Mitte me, ut eam nunc jam.*

Epi. Haeccine ubi scibit senex, puppis pereunda est probe.

The. Quid istuc ad med attinet, quo tute intereas modo?

Epi. Quia perire solus nolo, te cupio perire mecum,

Benevolens cum benevolente.

The. *Abi in malam rem maxumam a me*

Cum istac conditione.

Epi. *I sane, si quid festinas magis.*

The. Nunquam hominem quemquam conveni, unde abierim lubentius.

Epi. Ille hinc abiit: solus es nunc. Quo in loco haec res sit, vides,

Epidice. Nisi quid tibi in tete auxili est, absumtus es.

Tantae in te inpendent ruinae, nisi subfulcis firmiter,

Non potes subsistere, itaque in te inruont montes mali.

Neque ego nunc quo me modo expeditum ex inpedito faciam,

Consilium placet. Ego miser meis perpuli senicem dolis,

Ut censeret, suam sese emere filiam: in suo filio

Fidicinam emit, quam ipse amabat, quam abiens mandavit mihi.

Is nunc alteram ab legione amiculam adduxit sibi.

Animi causa. Corium perdidi: nam ubi senex senserit,

Sibi data esse verba, virgis dorsum depoliet meum.

At enim tu praecave! — Nihil istuc! plane hoc corruptum est caput!

Nequam homo es, Epidice. — Qui tibi lubido est male loqui? —

EPI. Poter di Dio, che torbidi!

TES. Lasciami andare pe' fatti miei.

EPI. Queste cose quando le risaprà il vecchio, egli ha proprio da trarre i ferri all' aria!

TES. E che me ne viene in tasca, se tu crepi per qualunque modo?

EPI. Perchè non vorrei far gheppio io solo, vorrei tu m' avessi ad esser compagno, l' amico coll' amico.

TES. Oh vanne in malorcia, tu e questo tuo bel patto.

EPI. Va pure se n' hai tanta fregola.

TES. Non mi sono mai accontato con altri, da cui me ne spiccassi di miglior voglia.

Pulcre conciliasti. Heus, foras educite,
Quam introduxistis, fidicinam! Atque etiam fides,
Ei quae accessere, tibi addam dono gratiis.
Age, accipe hanc, sis.

Digitized by Google

PER. Non è questo il luogo: cercati qualcuno cui tu possa piantargliene di queste carote. — Ma la è stoltia ch'io voglia affibbiargliele a colpa, quando io ne ho fatte tante da giovane quando era al soldo: oh battaglie che erano le mie! s'io prendeva l'orecchio d'un uomo, io glielo schiantava fin dalle radiche. —

SOL. Stammi attento: acciò tu sappia a che sono io venuto a te. Io ho udito che hai compera la mia amica.

PER. Ah! ah! Adesso la m'è entrata! è il soldato che Epidico mi disse pur ora. — Tu l'hai detta, o giovane, io l'ho compera.

SOL. Io ti vo' dir quattro parole, se non t'è carico.

PER. Non ti posso dire proprio se vorrammi essere no, finchè non dici che vuoi.

SOL. Mandami quella femmina e ricevine i quattrini.

PER. L'avrai.

SOL. E perchè non te la sfringuellerò io? io oggi vo' farla libera perchè mi sia concubina.

PER. Io ti spaccio subito. Io l'ho pagata quaranta mine, tu dammene sessanta, e io farò che questa femmina faccia teco vacanza, e a tal patto, che tu d'essa liberi questo paese.

SOL. È mia adunque?

PER. Con queste condizioni tientela: m'hai fatto subito amico: chi! conducete fuori quella suonatrice che avete messa dentro! io ti do per giunta anche la cetra e tutte le sue tattare in dono: su prendila, eccola.

Digitized by Google

Mil. *Quae te intemperiae tenent?*
Quas tu mihi tenebras trudis? Quin tu fidicinam
Produci intus jubes?
Per. *Haec ergo est fidicina.*
Hic alia nulla est.
Mil. *Non mihi nugari potes.*
Quin tu huc producis fidicinam Acropolistidem?
Per. *Haec, inquam est.*
Mil. *Non haec, inquam, est. Non novisse me*
Meam rere amicam posse?
Per. *Hanc, inquam, filius*
Meus deperibat fidicinam.
Mil. *Haec non est ea.*
Per. *Quid? non est?*
Mil. *Non est.*
Per. *Unde hac igitur gentium est?*
Equidem hercle argentum pro haec dedi.
Mil. *Stulte datum*
Reor, et peccatum largiter.
Per. *Imo haec ea est:*
Nam servom misi, meum qui sectari solet
Gnatum: ipsod hanc in articulo emit fidicinam.
Mil. *Hem! istic te homo articulatim concidit, senex,*
Tuos servos.
Per. *Quid? concidit?*
Mil. *Sic suspicio est:*
Nam pro illa fidicina haecce subposita est tibi.
Senex, tibi os est sublitum plane et probe.
Ego illanc requiram jam, ubiubi est. Bellator vale.
Per. *Euge, euge Epidice! frugi es! pugnaristi! homo es!*
Qui me emunxisti mucidum, minumi preti! —

Digitized by Google

SOL. Che malanno ti colse? che nigrizia mi fai tu vedere? E che non fai condur dentro questa suonatrice?

PER. Questa è la suonatrice, io non ne ho altra.

SOL. Tu non puoi infinocchiarmi; e che non conduci fuori la suonatrice Acropolistide?

PER. Io ti dico che è questa.

SOL. Ed io ti dico di no: mi credi tu zugo così fatto da non conoscere la mia amasia?

PER. Questa la è suonatrice alla quale faceva il vago mio figlio.

SOL. Non è costei.

PER. Non è?

SOL. Non è.

PER. Ma e donde la ci venne adunque? io per costei ho suonati de' bei quattrini.

SOL. Mal suonati io credo, ed hai preso un granchio ben grosso.

PER. E la è dessa per Dio. Imperciocchè io ho mandato il servo che suol sempre andare in su passi di mio figlio, ed egli proprio in questo punto ha compera la suonatrice.

SOL. Ahu! e quest' uomo t' ha proprio puntualmente tagliato, vecchio mio.

PER. Come? tagliato?

SOL. Così dubito io: imperciocchè in vece di quella suonatrice t' ha soppiantata questa. Oh, vecchietto, come te l' han fischiata bene! La troverò ben io, a casa il diamine, guerriero, addio.

PER. Viva, viva, Epidico! se' uom di fatti! l' hai vinta! oh il valentuomo! m' hai proprio tolto il sornacchio,

Mercatus te hodie est de lenone Apoeciles?
Ehodum!

FID. *Istuc nomen nunquam audivi ante hunc diem,*
Neque emere quisquam ulla quidem pecunia
Me potuit: plus jam libera sum quinquennium.

PER. *Quid tibi negoti est meae domi igitur?*

FID. *Audies:*
Conducta veni, ut fidibus cantarem seni,
Dum rem divinam faceret.

PER. *Fateor, me omnium*
Hominum esse Athenis Atticis minumi preti.
Sed tu novistin' fidicinam Acropolistidem?

FID. *Tam facile, quam me.*

PER. *Ubi habitat?*

FID. *Postquam libera est,*
Incerto scio.

PER. *Eho, ain' quis eam liberaverit,*
Volo scire, si scis.

FID. *Id quod audivi, audies:*
Stratippoclem clam, Periphanai filium,
Absentem curavisse ut fieret libera.

PER. *Perii hercle, si istaec vera sunt, planissume!*
Meum exenteravit Epidicus marsupium!

FID. *Haec sic audivi. Numquid me vis ceterum?*

PER. *Malo crucialu ut pereas, atque abeas cito!*

FID. *Fides non reddis?*

PER. *Neque fides neque tibias,*
Propera igitur fugere hinc, si te di amant.

FID. *Abiero.*
Flagitio cum majore post reddes tamen.

PER. *Quid nunc? qui in tantis positus sum sententiis,*

asino che fui! — Dimmi, Apecide t' ha compera oggi dal ruffiano? escine!

Sto. Cotal nome non l' ho sentito mai prima d' oggi, nè alcuno ha potuta comprarmi per denaro: ch' io son già libera più da cinque anni.

Per. E che vien tu dunque a fare in casa mia?

Sto. Dirottelo, venni condotta a nolo, per cantar sul chitarrino al vecchio quando facea sacrifizio.

Per. Eccomi chiaro: Non v' ha nell' Attica Atene un bietolone mio pari. Ma non conosci tu la ceteratrice Acropolistide?

Sto. Tanto come me.

Per. E dove sta?

Sto. Dappoichè è libera non lo so di certo.

Per. Oh, che dici? io, se tu lo sai, vo' sapere da te chi l' ha fatta libera.

Sto. Dirottelo conforme vennemi detto: Stratippocle figlio di Perifane, ha fatto in guisa mentr' era lontano che la venisse ricompera.

Per. Io son sconfitto se questo è vero! Epidico, per Dio, m' ha proprio trivellato la borsa.

Sto. Questo ho udito io. Vuotu altro da me?

Per. Che tu vadi alle forche, e subito, subito.

Sto. E non mi rendi la chitarra?

Per. Che flauto? che chitarra? Spacciati, dàlla a gambe, se Dio t' ajuta.

Sto. Vado: la darai dopo, e con tua grassa vergogna.

Per. E ora? Dopo che mi han posto in tra le tenaglie lascerò

Eumne ego sinam inpune? Imo, etiamsi alterum
Tantum perdundum est, perdam potius quam sinam,
Hodie inrisu habitum, depeculatu, meis
Me! — Sic data esse verba praesenti palam!
Ac me minoris facio prae illo, qui omnium
Legum atque jurum fictor, conditor, cluet.
Is etiam sese sapere memorat! Malleum
Sapientiorem vidi excusso manubrio (12).

Digitized by Google

che colui se la passi netta? avessi a perdere altrettanto, canchero se non ci sto più volentieri che vedermi cosi schernito e rubato da'miei! così m'han da sburlare in faccia! Ma io non fo tanto caso di me, come di quel dottorone che va tanto per la maggiore in diritto e in leggi! e'dice pur che egli è l' uomo de'pensier graniti! ma io conobbi che ha più giudizio un martello senza manico.

Digitized by Google

ACTUS IV.

SCENA I.

Philippa, Periphanes.

Phi. *Si quid homini est miseriarum, quod miserescat misere ex animo,*
Id ego experior, quoi multa unum in
Locum confluont, que meum pectus pulsant simul!
Multiplex aerumna exercitam habet me;
Paupertas, pavor territat mentem animi;
Neque, ubi spes conlocem meas, habeo usquam munitum locum:
Ita gnata mea hostium est potita, neque, nunc ubi sit nescio.

Per. *Quis illaec est mulier, timido pectore peregre adveniens, quae ipsa se*
Miseratur?

Phi. *In his dictus mihi locis habere Periphanes,*

Per. *Me nominat haec: credo ego, illi hospitio usus evenit.*

Phi. *Pervelim mercedem dare, qui monstret eum mi hominem aut ubi habitet.*

Per. *Noscito ego hanc: nam videor, nescio ubi, vidisse me prius.*
Estne ea annon ea est, quam animus retur meus?

Phi. *Di boni, hunc visitavi antidhac!*

Per. *Certo ea est, quam in Epidauro pauperculam memini comprimere . . .*

ATTO IV.

SCENA I.

FILIPPA, PERIFANE.

FIL. Se l'uomo ha disgrazie che passano il cuore, io le provo tutte; tutte feriscono a un punto, tutte mi schiantano l'anima! Io son martellata da mille affanni! la povertà e il timore mi toglie il senno: non ho luogo da collocar le mie speranze: venne la mia figliuola in mano del nemico, nè so dove sia.

PER. Che donna è quella, che piena di paura venendo a questa volta, fa tanti rammarichi?

FIL. Mi venne detto che in questo quartiere è la casa di Perifane.

PER. Ella mi chiama per nome: io credo che ella cerchi alloggio.

FIL. Darei qualche moneta; a chi mi facesse conoscer l'uomo e m'insegnasse la casa sua.

PER. La conosco io costei: imperciocchè parmi, non so dove; di averla veduta una volta; la è o non la è colei che lo dubito?

FIL. Buon Dio, costui io l'ho visto anni fa!

PER. Certo la è dessa, la poveretta ch'io ricordami aver compressa in Epidauro . . .

PHI. Plane hic ille est, qui in Epidauro primus pudicitiam mihi pepulit!

PER. Quae meo conpressu peperit filiam, quam domi nunc habeo!

PHI. Quid, si adeam...

PER. Haud scio, an congrediar...

PHI. Si hic is est...?

PER. Si haec est ea...

PHI. Sin est is homo, sicut anni multi me dubiam danunt...

PER. Longa dies meum incertat animum. Sin est, quam incerto animo:

Astu hanc congrediar.

PHI. Muliebris mi adhibenda est nunc malitia.

PER. Conpellabo.

PHI. Orationis aciem contra conferam.

PER. Salva sis.

PHI. Salutem accipio mi et meis.

PER. Quid ceterum?

PHI. Salvos sis: quod credidisti, reddo.

PER. Haud adcuso fidem.

Novin' ego te?

PHI. Si ego te novi, animum inducam, ut noveris.

PER. Ubi te visitavi?

PHI. Inique injurius.

PER. Quid jam?

PHI. Quia

Memoriae tuae interpretari me aequom censes.

PER. Commode

Fabulata es.

PHI. Mira memoras, Periphane.

Digitized by Google

Fil. È lui senza fallo, lui che mi viziò in Epidauro!

Per. E che dalla violenza che le ho fatta, mi fe' la figlia che ora ho in casa!

Fil. E se l'affronto?

Per. Non so se debba farmele dinanzi . . .

Fil. Se fosse costui . . .

Per. Se la è dessa . . .

Fil. Son già anni parecchi, ed io son incerta che sia egli proprio l'uomo . . .

Per. Io sono in tra due; v'ha molto spazio di tempo in mezzo, e per questo io son dubbio: me n'andrò col piè del piombo.

Fil. E però userò ogni più fina malizia di donna.

Per. L'affronterò.

Fil. Gli vo' parlare.

Per. Iddio t'ajuti.

Fil. Me e i miei.

Per. E dopo?

Fil. Ajuti anche te: io ti rendo quel che m'hai dato.

Per. Non mi lagno della tua lealtà ti ho conosciuta io?

Fil. Se t'ho conosciuta io, crederò anch'io tu abbi conosciuto me.

Per. Dove t'ho veduta io?

Fil. Oh ingiustizia, oh torto che mi fai.

Per. Perchè?

Fil. Perchè vuoi ch'io ti legga nella memoria.

Per. M'hai risposto bene.

Fil. Tu di' i gran prodigii, o Perifane.

Digitized by Google

PER. Hem, istuc rectius!
Meministine . . .
PHI. Meminerim? quid?
PER. In Epidauro . . .
PHI. Ah guttula
Pectus ardens mi adspersisti!
PER. Virgini pauperculae
Tuaeque matri me levare paupertatem?
PHI. Tun' is es,
Qui tuam per voluptatem in me aerumnam obsevisti gravem?
PER. Ego sum. Salve?
PHI. Salve, quia te esse salvom sentio.
PER. Cedo manum!
PHI. Accipe! Aerumnosam et miseriarum compotem
Mulierem retines.
PER. Quid est, quod voltus conturbat tuos?
PHI. Filiam, quam ex te suscepi . . .
PER. Quid eam?
PHI. Eductam perdidi:
Hostium est potita.
PER. Habe animum lene et tranquillum face:
Domi meae eccam salvam et sanam. Nam postquam audivi eloco
Ex meo servo, illam esse captam, continuo argentum dedi,
Ut emeretur; eam adeo rem sobrie et frugaliter
Adcuravit ille, ut alias res est inpense inprobus.
PHI. Fac videam, situe illa.

Digitized by Google

PER. O questa è più tonda! ti ricordi . . .

FIL. Ricordami? che?

PER. In Epidauro . . .

FIL. Tu mi risusciti.

PER. Ch'io voleva cavar di pan duro una povera verginella e tua madre?

FIL. Se' tu quello che per tuo diletto m'hai dato tanto affanno?

PER. Son io. Dio ti guardi!

FIL. Mi guarda, dappoi che ti veggo salvo.

PER. Dammi la mano.

FIL. Eccola: tu hai ferma una donna sgraziata e piena di miserie.

PER. Che hai per essere così contristata in faccia?

FIL. Quella figlia che ebbi da te . . .

PER. Che ne venne?

FIL. Dopo averla allevata, io l'ho perduta: percosse nel nemico.

PER. Piglia pur animo e statti tranquilla: eccola in casa mia sana e salva. Imperciocchè appena ho inteso dal mio servo, che la era stata presa, tosto gli ho dato il danaro perchè la riscattasse, con tanto senno seppesi egli condurre in questa faccenda, quanto nell'altre ha la gabella di ogni tristizia.

FIL. Fammela vedere, se la sia dessa.

Per. *Eho, istinc, Canthara, i! statim jube*
Acropolistidem prodire filiam ante aedis meam
Ut suam videat matrem.
Phi. *Remigrat animus nunc demum mihi!*

SCENA II.

Fidicina, Periphanes, Philippa.

Fid. *Quid est, pater, quod me excivisti ante aedis?*
Per. *Ut matrem tuam*
Videas, adeas, advenienti des salutem atque osculum.
Fid. *Quam? meam matrem?*
Per. *Quae exanimata exsequitur adspectum tuom.*
Phi. *Quae istaec est, quam tu osculum mihi ferre jubes?*
Per. *Tua filia.*
Phi. *Haeccine?*
Per. *Haec.*
Phi. *Egone osculum huic dem?*
Per. *Cur non, quae ex te nata sit?*
Phi. *Tu homo, insanis.*
Per. *Egone?*
Phi. *Tu nae.*
Per. *Cur?*
Phi. *Quia hanc ego, quae siet.*
Neque scio neque novi, neque ego hanc oculis vidi ante hunc diem.
Per. *Scio, quid erres: quia vestitum atque ornatum inmutabilem*
Habet haec mulier.
Phi. *Aliter catuli longe olent, aliter sues.*
Nego eam me novisse, quae sit.

PER. Ehi, Cantara, vattene subito, di' a mia figlia Acropolistide, che venga fuori, e vegga sua madre.

FIL. Io torno viva.

SCENA II.

SUONATRICE, PERIPANE, FILIPPA.

SUO. Che hai, o padre, perchè m' hai chiamato qua fuori?

PER. Perchè tu vegga, e trovi tua madre, e la saluti, e le dii un bacio.

SUO. Quale? mia madre?

PER. Colei che afflitta desidera vederti.

FIL. E chi è costei, a cui tu mi vuoi far baciare?

PER. Tua figlia.

FIL. Costei?

PER. Costei.

FIL. E io bacierò questa femmina?

PER. Perchè no, se la è tua figlia?

FIL. Se' giù de' gangheri.

PER. Io?

FIL. Tu.

PER. Come?

FIL. Perchè io nè so, nè conosco chi la si sia, nè la vidi mai con questi occhi prima d' oggi.

PER. So granchio che tu pigli, perchè questa putta la si cambia veste ogni dì.

FIL. Un odore mandano i cani, un' altro i porci, io te lo dico aperto non so chi la si sia.

Per. *Proh deum atque hominum fidem!*
Quid ego? lenocinium facio, qui habeam alienas domi,
Atque argentum egurgitem domo prorsum? Quid tu, quae patrem
Tuom vocas me atque osculare? Quid stas, stupida? quid taces?

Fid. *Quid loquar vis?*

Per. *Haec negat se tuam esse matrem.*

Fid. *Ne fuat,*
Si nevolt: equidem hac invita tam ero matris filia.
Non med istanc cogere aequom est meam esse matrem, si nevolt.

Per. *Cur me igitur patrem vocabas?*

Fid. *Tua istaec culpa est non mea:*
Non patrem ego te nominem, ubi tu tuam me adpelles filiam?
Hanc quoque etiam, si me adpellet filiam, matrem vocem.
Negat haec, aliam me suam esse; non ergo haec mater mea est.
Postremo haec mea culpa non est: quae didici, dixi omnia.
Epidicus mihi fuit magister.

Per. *Perii, plaustrum perculi!*

Fid. *Numquid ibi ego tibi peccavi?*

Per. *Si hercle te unquam audivero*
Patrem me vocare, vitam tuam ego interimam!

Fid. *Non voco.*
Ubi voles pater esse, ibi esto; ubi noles, ne fueris pater.

Digitized by Google

PER. Poffar Dio e il mondo! che mistiero è il mio? Fo io di casa mia un postribolo con queste forastiere, spalando fuori di continuo quattrini? e tu perchè chiamarmi e baciarmi come padre? perchè te ne stai lì come una statua? perchè non parli?

SUO. E che vuoi che dica io?

PER. Costei dice di non esser tua madre.

SUO. Che la non sia, se la nol vuole esserne: anche a marcio dispetto di costei figlia d'una madre sarò anch'io. Nè io posso farle forza ad essermi madre, dappoichè la non ne vuol ella sapere.

PER. E perchè mi chiamavi tu padre?

SUO. Questa è colpa tua e non mia: e non ti chiamerò padre io quando tu mi dici figlia? anche costei io la chiamerò madre purchè la mi dica figliuola. Nega costei ch'io le sono figlia? Ella dunque non è mia madre. In somma questa colpa non è mia; io ho detto quello che insegnato mi hanno: Epidico fu il mio maestro.

PER. Io son disfatto, io ho proprio dato l'ultimo tuffo.

SUO. Qual fallo è il mio?

PER. Se d'oggi in poi io ti sento chiamarmi padre, te lo giuro sulla vita mia, io ti fiacco dell'ossa.

SUO. Non ti chiamo altro. Quando mi vuoi esser padre sialo, se nol vuoi essere, buonanno.

Digitized by Google

PHI. Quid? ob eamne rem hanc emisti, quia tuam gnatam ratus?
Quibus de signis agnoscebas?
PER. *Nullis.*
PHI. *Quare filiam*
Credidisti nostram?
PER. *Servos Epidicus dixit mihi.*
PHI. Quid si servod aliter visum est? non poteras nosse, obsecro?
PER. Quid ego, qui illam, ut primum vidi, nunquam vidi postea?
PHI. Perii misera!
PER. Ne fle, mulier! intro abi! habeto animum bonum:
Ego illanc reperiam!
PHI. *Hinc Athenis civis eam emit Atticus*
Adulescentem quidem dicebant emisse.
PER. *Inveniam! tace.*
Abi modo intro atque hanc adserva Circam, Solis filiam.
Ego relictis rebus Epidicum operam quaerendo dabo
Si invenio, exitiabilem ego illi faciam hunc ut fiat diem!

FIL. E che? e perchè ha tu compera costei credendotela figliuola? a quali segni la conoscevi tu?

PER. A nessuno.

FIL. Perchè l'hai creduta nostra figlia?

PER. Me lo disse il servo Epidico.

FIL. E se ha pigliato un granchio il servo? Deh, tu non potevi conoscerla?

PER. E come poteva se dal dì che la vidi la prima volta, non la vidi più dopo?

FIL. Ahi trista a me!

PER. Non piangere, o donna, va dentro, acchetati io la troverò!

FIL. L'ha compera un Attico qui cittadino d'Atene: dicono esser stato un certo giovane.

PER. La troverò! sta zitta. Va dentro ora e guarda questa Circe figlia del Sole: io mettomi dopo le spalle ogn'altra cosa, vo' cercare Epidico: se lo trovo, gli ha proprio questo giorno da essere l'ultimo.

Digitized by Google

ACTUS V.

SCENA I.

STRATIPPOCLES, EPIDICUS, DANISTA, VIRGO.

STR. *Male morigerus mi est danista, qui me argentum non petit*
Neque illam adducit, quae emta ex praeda est. Sed eccum incedit Epidicus.
Quid illuc est, quod illi caperat frons severitudine?
EPI. *Si undecim deos praeter sese secum adducat Jupiter,*
Ita non omnes ex cruciatu poterunt eximere Epidicum.
Periphanem emere lora vidi; ibi aderat una Apoecides;
Nunc homines me quaeritare credo. Senserunt; sciunt,
Sibi data esse verba.
STR. *Quid agis, mea commoditas?*
EPI. *Quod miser.*
STR. *Quid tibi est?*
EPI. *Quin tu mihi adornas ad fugam viaticum,*
Priusquam pereo? nam per urbem duo defloccati senes.
Quaeritant me; in manibus gestant copulas (13) sescuncialis.
STR. *Habe bonum animum.*
EPI. *Quippe ego, quoi libertas in mundo sita est!*
STR. *Ego te servabo.*
EPI. *Edepol me illi melius, si nacti fuant.*
Sed quis haec muliercula et illic (14) gravastellus, qui venit?

Digitized by Google

ATTO V.

SCENA I.

STRATTIPOCLE, EPIDICO, USURIERE, FANCIULLA.

STR. E non fa tanto pe' casi miei questo usuriere, non venendo a cercarmi l' argento, nè conducendo colei che ho compera dal bottino. Ma ecco Epidico a questa volta. Che diavolo si ha egli, per aver la faccia così brusca?

EPI. Se Giove conducesse seco anche gli altri undici dii, tutti non possono salvar da' tormenti Epidico. Ho veduto Perifane a comprar le soghe, eravi anche Apecide; or io son chiaro questi uomini mi cercano, l' han vista l' acqua chiara; lo sanno ch' io li ho incastagnati daddovero.

STR. Che fai, piacer mio?

EPI. Quello che uno sgraziato.

STR. Che t' intravenne?

EPI. E che non attendete voi a prepararmi il viatico per la fuga anzi ch' io sia assassinato? Que' due vecchi sfioccati mi cercano, e hanno in mano delle nottole grosse un' oncia e mezza.

STR. Piglia buon animo.

EPI. Sì perchè presto sarò libero!

STR. T' assicurerò io.

EPI. L' avrebber fatto meglio quelli se m' avesser còlto. Ma che femmina è quella e quel tangoccio che viene a questa parte?

Digitized by Google

STR. Hic danista, haec illa est autem, quam emi de praeda.
EPI. *Haeccine est?*
STR. Haec est. Estne, ut tibi dixi? Adspecta.
EPI. *Haec est?*
STR. *Contempla, Epidice,*
Usque ab unguiculo ad capillum summum est festivissuma!
Estne? conspicare: signum pictum pulcre videris.
EPI. Ex tuis verbis meum futurum corium pulcrum praedicas,
Quem Apelles ac Zeuxis duo pigmentis pingent ulmeis.
STR. Ei inmortales, otio isse admiror pedibus! Pulmon' (15) es,
Qui perhibetur? Prius venisset, quam tu advenisti mihi.
DAN. Haec edepol remorata med est.
STR. *Siquidem istius gratia*
Jam remoratus, quod ista voluit, nimium advenisti cito.
DAN. Age, age, absolve me atque argentum numera: ne comites morer.
STR. Pernumeratum est.
DAN. *Tene crumenam: huc inde.*
STR. *Sapienter venis!*
Opperire, dum ecfero ad te argentum.
DAN. *Matura!*
STR. *Domi est.*
EPI. Satin' ego oculis utilitatem obtineo sincere, an parum?
E Philippa matre natam abs Thebis, Epidauri satam,
Videon' ego Telestidem te, Periphanai filiam?

Digitized by Google

STR. Questi è l'usuriere, e quella è la donna che ho compera dal bottino.

EPI. Costei?

STR. Costei: e non la è come te l'ho pinta? guarda.

EPI. Costei?

STR. Ma guarda, Epidico. La non ha un pelo che sia brutto! e non è vero eh? aguzza gli occhi; e vedrai pur la bella pittura.

EPI. Alle parole vostre le mie spalle han da venir pur belle! Apelle e Zeusi mi pingeran pur bene con due pennelli d'olmo.

STR. Cacasangue! con tanta pace ci se' venuto! Hai tu il vermo muro come i cavalli? ci saresti venuto più presto se tu avessi i piè teneri.

USU. M'ha distenuto costei.

STR. Se proprio ti se' fermato per servir costei, se' venuto anche troppo presto.

USU. Presto, presto, spacciami e contami i quattrini: non vo' farmi aspettar da compagni.

STR. Son già noverati.

USU. To' questa borsa: vuotali qua dentro.

STR. Tu vieni a tempo! aspetta, mentre ti porto fuori il danaro.

USU. Fa presto.

STR. È in casa.

EPI. Ci veggo io bene o no? veggo in te io Telestide figlia di Perifane nata in Epidauro da Filippa di Tebe?

VIR. Quis tu homo es, qui meum parentum nomen memoras et meum?
EPI. Non me nosti?
VIR. Quod quidem nunc veniat in mentem mihi.
EPI. Non meministi, me auream ad te adferre natali die
Lunulam atque anellum aureolum in digitum?
VIR. Memini, mi homo. Tun' is?
EPI. Ego sum, et istic frater tuos est, alia matre, uno patre.
VIR. Quid pater meus? vivost?
EPI. Animo liquido et tranquillo es! tace!
VIR. Di me ex perdita servatam cupiunt, si vera autumas.
EPI. Non habeo ullam occasionem, ut apud te falsa fabuler.
STR. Accipe argentum hoc, danista: hic sunt quadraginta minae.
Si quid erit dubium, immutabo.
DAN. Benefecisti. Bene vale.
STR. Nunc enim tu mea es.
VIR. Soror quidem edepol: ut tu aeque scias.
Salve, frater
STR. Sanan' haec est?
EPI. Sana, si adpellat suom.
STR. Quid? ego modo sum frater factus huic, dum eo intro atque exeo?
EPI. Quod boni est, id tacitus taceas tute tecum et gaudeas.
STR. Perdidisti et reperisti me, soror!
EPI. Stultus! tace:
Tibi quidem, quod ames, domi praesto, fidicina, est opera mea;
Et sororem in libertatem idem opera concilio mea.

Digitized by Google

FAN. E chi se' tu che dici il nome de' miei parenti e il mio?

EPI. Non mi conosci?

FAN. Per quanto me ne venga in capo.

EPI. E non ti si raccorda che in un annuale della nascita, io t' ho recata una picciola lunettina d' oro e un anello da mettere in dito?

FAN. Mi si ricorda, o buon uomo, e se' tu quello?

EPI. Son io, e questi è tuo fratello, nato da un' altra donna, ma dallo stesso padre.

FAN. Che? mio padre? è vivo?

EPI. Metti pur giù dell' animo ogni affanno! sta zitta!

FAN. Gl' Iddii da perduta mi voglion salva, se dici il vero.

EPI. Non ho ragione per esser falso.

STR. To' questo denaro, usuriere, qui son quaranta mine: se vi sarà qualche moneta men buona la cambierò.

USU. Ben fatto: addio.

STR. Or tu sei mia.

FAN. Si, ma sorella: acciò anche tu lo sappi. Iddio t' ajuti, fratello.

STR. È sana costei?

EPI. Sanissima, se vuole il suo.

STR. Ma come? in qual modo posso esser io venuto fratello a costei intanto che vado entro e vengo fuori?

EPI. Quel bene che avete godetevelo in pace, e statevi cheto.

STR. Trovandomi tu m' hai rovinato, sorella.

EPI. Gnocco! tacetevi: voi per mezzo mio l' avete pronta in casa la suonatrice con cui spassarvela, e ad un tempo io vi do libera la sirocchia.

Digitized by Google

Str. *Epidice, fateor . . .*

Epi. *Intro abi, ac jube huic aquam calefieri.*
Cetera haec posterius faxo scibis, ubi erit otium

Str. *Sequere hacc me, soror.*

Epi. *Ego ad vos Thesprionem jussero*
Huc transire. Sed memento, si quid saevibunt senes,
Suppetias mihi cum sorore ferre.

Str. *Facile istuc erit.*

Epi. *Thesprio, exi istac per hortum! adfer domum auxilium mihi!*
Magna est res! — Minoris multo facio quam dudum senes.
Remeabo intro, adcurentur advenientes hospites.
Eadem haec intus edocebo, quae ego scio, Stratippoclem.
Non fugio: domi adesse certum est; neque illi haud objiciet mihi,
Pedibus sese provocatum. Abeo intro; nimis longum loquor.

SCENA II.

Periphanes, Apoecides, Epidicus.

Per. *Satin' illic homo ludibrio nos vetulos decrepitos duos*
Habet?

Apo. *Imo edepol tu quidem miserum med habeas miseris modis.*

Per. *Tace, sis modo. Sine me hominem apisci!*

STR. Io ti dico, Epidico . . .

EPI. Andate dentro, e fate scaldar l'acqua a costei. Vi dirò ogni cosa dopo, quando vi sarà tempo.

STR. Vien qua meco, o sorella.

EPI. Io dirò a Tesprione che passi qua da voi. Ma ricordatevi, se i vecchi mi faranno il diavolo addosso, di venirmi in soccorso colla sorella.

STR. Questo sarà facile.

EPI. Tesprione, passa qua dall'orto, viemmi in ajuto, il pericolo è grande! — Adesso temo i vecchi meno che prima. Andrò dentro, e farò che si abbi cura degli ospiti, e ad un tempo ragguaglierò Stratippocle di quello che so io. Non mi raccomando alle gambe; io voglio stare in casa, nè quegli mi vorrà dire che l'ho fatto correre. Vado dentro: io ciarlo troppo.

SCENA II.

PERIFANE, APECIDE, EPIDICO.

PER. E non ti pare mo' che quell'uomo abbia ben tratti in barca noi altri due vecchi decrepiti?

APE. Anzi tu se' quello proprio che me ne fa di così grosse.

PER. Oh statti zitto: lascia ch'io gli ficchi l'ugne addosso!

APO. *Dico ego tibi jam, uti scias.*

Alium tibi te comitem melius quaerere, ita, dum te sequor,

Lassitudine invaserunt misero in genua flemina. (16)

PER. Quot illic hodie med exemplis ludificatust atque te!

Ut illic autem exenteravit mihi opes argentarias!

APO. Apage illum a me: nam ille quidem Volcani irati est filius:

Quaqua tangit, omne amburit; si prope adstes, calefacit.

EPI. Duodecim dis plus, quantum in coelo est deorum immortalium,

Mihi nunc auxilio adjutores sunt et mecum militant!

Quidquid ego malefici, auxilia mi et suppetiae sunt domi!

Apolactizo inimicos omnis!

PER. *Ubi illunc quaeram gentium?*

APO. Dum sine me quaeras, mea causa quaeras vel medio in mari.

EPI. Quid me quaeris? quid laborare? quid hunc sollicitas? Ecce me!

Num te fugi? num ab domo absum? num oculis concessi tuis?

Nec tibi supplico. Vincire vis? En ostendo manus!

Tu habes lora: ego te emere vidi. Quid nunc cessas? Conliga!

PER. Ilicet! Vadimonium ultro mi hic facit.

EPI. *Quin conligas?*

APO. Edepol mancipium scelestum!

EPI. *Te profecto, Apoecides,*

Nil moror mihi deprecari.

Digitized by Google

APE. Io te lo dico spiatellato: è meglio che ti cerchi un altro compagno, impercioocchè facendoti il cane, per la stracchezza sentomi rotte le lacche.

PER. Quante scherne oggi colui non ci ha fatte! che trivelle non seppe trovar egli per succhellarmi la borsa!

APE. Mandamelo mille miglia lontano: egli è figliuolo di Vulcan sdegnato, dove tocca egli tutto abbrucia, se tu gli stai vicino, egli ti scotta.

EPI. Io ho in mio ajuto dodici Dii più di quanti in cielo ve ne hanno! se ho fatto qualche sproposito ho in casa tal soccorso da rifarmene! scaccio a calci tutti i nemici!

PER. Dove lo troverò io?

APE. Purchè lo cerchi senza di me, cercalo anche in mezzo al mare per amor mio.

EPI. Perchè mi cercate voi? perchè tanto affannarvi? perchè pungolar costui? Eccomi! son fuggito io? son forse fuori di casa? v'ho schifato io? io non vi prego. Volete legarmi? Eccovi le mani! voi avete le soghe: vi ho visto io a comperarle: che tardate adunque? legatemi.

PER. Togli! Tutte le ragioni non sono forse le sue!

EPI. Chè non mi legate?

APE. Se' pur la gran forca di schiavo!

EPI. Io non voglio, Apecide, che voi supplichiate per me.

Digitized by Google

Apo. *Facile exoras, Epidice.*
Epi. *Ecquid agis?*
Per. *Tuon' arbitratu?*
Epi. *Meo hercle vero, atque haud tuo,*
Conligandae haec sunt tibi hodie.
Per. *At non lubet: non conligo.*
Apo. *Tragulam in te injicere adornat! nescio quam fabricam facit!*
Epi. *Tibi moram facis, quom ego solutus sto: adliga, inquam! conliga!*
Per. *At mihi mage lubet, solutum te rogitare.*
Epi. *At nil scies.*
Per. *Quid ago?*
Apo. *Quid agas? mos geratur.*
Epi. *Frugi es tu homo, Apoecides!*
Per. *Cedo manus igitur!*
Epi. *Morantur nihil. Atque arte conliga!*
Nil verere: obnoxiosus.
Per. *Facto opere arbitramino!*
Epi. *Bene hoc habet. Age nunc jam ex me exquaere! rogita, quod lubet!*
Per. *Qua fiducia ausus primum; primum, quae emta est nudinstertius,*
Filiam meam dicere esse?
Epi. *Lubuit: ea fiducia.*
Per. *Ain' tu lubuit?*
Epi. *Ajo. Vel da pignus, ni ea sit filia.*
Per. *Quam negat novisse mater?*
Epi. *Ni ergo matris filia est,*
In meum nummum, in tuom talentum, pignus da.

APE. Mel persuadi presto, Epidico.

EPI. E che fate?

PER. Ho da far io il modo tuo?

EPI. Il mio sì e non il vostro; queste deono essere nelle manette.

PER. Non ne ho voglia: non vo' legarlo.

APE. E' vuol cacciarti qualche rete addosso! non so, ma ei macchina qualche trappola.

EPI. Voi perdete il tempo finchè io sto sciolto; legatemi vi dico, stringetemi!

PER. Ma più mi garba interrogarti sciolto.

EPI. E non ne caverete nulla.

PER. Che fo io?

APE. Che fai? gli vai a versi.

EPI. Voi siete cima d' uomo, Apecide.

PER. Dammi le mani adunque.

EPI. Non si fermano: legatele strette strette, non abbiate paura, siete troppo timido.

PER. Dirailo dopo.

EPI. Oh così va bene! su ora mettetemi alle disamine, domandatemi quello che volete!

PER. Con qual fidanza, anzi ogni cosa, quella che si comperò jeri, osasti dire essere mia figlia.

EPI. Perchè sì mi piacque, con questa fidanza.

PER. Che di'? ti piacque?

EPI. Date un pegno se non la è figlia.

PER. Ma se nega la madre di conoscerla?

EPI. Se non la ha madre, metteteci voi un talento, io ci metto uno scudo.

Digitized by Google

PER. *Enim istaec captio est.*
Sed quis ea est mulier?
EPI. *Tui gnati amica, ut omnem rem scias.*
PER. Tibi dedin' minas triginta ob filiam?
EPI. *Fateor datas,*
Et eo argento illanc me emisse amicam fili fidicinam
Pro tua filia. Istam ob rem te tetigi triginta minis.
PER. Quomodo me ludos fecisti de illa conductitia
Fidicina?
EPI. *Factum hercle vero, et recte factum judico.*
PER. Quid postremo argento factum est quod dedi?
EPI. *Dicam tibi:*
Neque malo homini neque benigno, tuo dedi Stratippocli.
PER. Cur dare ausus?
EPI. *Quia mihi lubitum est.*
PER. *Quae haec, malum, ferocia est?*
EPI. Etiam inclamitor quasi servos?
PER. *Quom tu es liber, gaudeo.*
EPI. Merui, ut fierem.
PER. *Tun' meruisti?*
EPI. *Vise intro: ego faxo scies,*
Hoc ita esse.
PER. *Quid est negoti?*
EPI. *Jam ipsa res dicet tibi.*
Abi modo intro!
PER. *Hei, ne illuc temere est! — Adserva istum, Apoecides!*
APO. Quemne hodie per urbem uterque sumus defessi quaerere?

PER. Gatta ci cova. Ma chi è quella femmina?

EPI. Senza girandole, l'amante di vostro figlio.

PER. T'ho pur date trenta mine per la figlia!

EPI. Verissimo: e in vece di vostra figlia ho compera la suonatrice amica del figlio: per questo io v'ho scannato di trenta mine.

PER. E perchè inzampognarmi di quella suonatrice presa a nolo?

EPI. Io non nego il fatto, e lo credo fatto bene.

PER. E che ne venne del denaro che t'ho dato dopo?

EPI. Dirovvelo: non l'ho dato a uomo nè buono, nè tristo; io l'ho dato al vostro Stratippocle.

PER. Perchè darglielo?

EPI. Perchè mi piacque così.

PER. Che baldanza è questa, manigoldo?

EPI. Così mi si dà sulla voce, come se fossi servo?

PER. Or che se' libero men rallegro.

EPI. Ho meritato di esserlo.

PER. Tu meritato?

EPI. Guardate dentro: io farò che vi promettiate esser la cosa in questi termini.

PER. Che faccenda è questa?

EPI. Dirallavi essa medesima; andate dentro!

PER. Hau! questa non è fatta a caso! — Bada a costui, Apecide!

APE. A chi noi pel quale siam stracchi cercandolo per tutta la città?

EPI. Ego sum defessus reperire, vos defessi quaerere.

APO. Quid illuc, Epidice, est negoti?

EPI. Maxuma hercle injuria

Vinctus adsto, quojus hinc hodie opera inventa est filia!

APO. Ain' tu te illius invenisse filiam?

EPI. Inveni, et domi est.

Sed ut acerbum est, pro benefactis quom mali messem metas?

PER. Quid ista oratis opere tanto me? meruisse intellego,

Ut lubeat merito hujus facere. Cedo tu, ut exsolvam manus!

EPI. Ne attigas.

PER. Ostende vero!

EPI. Nolo.

PER. Non aequom facis.

EPI. Nunquam hercle hodie, nisi supplicium mihi das, me solvi sinam!

PER. Optumum atque aequissumum oras. Soccos, tunicam, pallium

Tibi dabo.

EPI. Quid deinde porro?

PER. Libertatem.

EPI. At postea?

Novo liberto opus est, quod pappet.

PER. Dabitur, praebebo cibum.

EPI. Nunquam hercle hodie, nisi me orassis, solves.

PER. Oro te, Epidice,

Mihi ut ignoscas, si quid culpa inprudens peccavi mea.

At ob eam rem liber esto.

EPI. Io mi son straccato trovandovi, e voi cercandomi.

APE. O Epidico, che combibbia è questa?

EPI. Io sto qui costretto a torto marcio, e mel fa colui al quale ho trovata la figlia.

APE. Che di'tu, hai trovata sua figlia?

EPI. L'ho trovata e la è in casa. Ma che indegnità non è mai esser cambiato sì male il beneficio.

PER. E perchè me ne fate tanta calca? io veggo che sel merita, purchè gli piaccia farlo in grazia di costei. Vien qua tu, che ti vo', disimpacciar le mani!

EPI. Non mi toccare!

PER. Fammele vedere!

EPI. Non voglio.

PER. Mi fai un torto.

EPI. Non mi lascio, come è vero che son vivo, sciorre oggi, se voi non mi date la penitenza.

PER. Tu parli giusto e da savio. Ti darò socchi, tonica, mantello.

EPI. E poi?

PER. La libertà.

EPI. E dopo? Al nuovo liberto abbisogna la pappa.

PER. Ti si darà; non mancheratti il cibo.

EPI. In fè di valentuomo, se voi non mi pregate, io non mi lascio disciorre.

PER. Deh, Epidico, perdonami, se senza saperlo t'ho fatto male per mia colpa, e per questo tu sia libero.

Digitized by Google

Epi. *Invitus do hanc veniam tibi:*
Nisi necessitate cogor. Solve sane, si lubet.

Grex.

Hic is homo est, qui libertatem malitia invenit sua.
Plaudite et valete! lumbos surgite atque extollite!

Finis Epidici.

Digitized by Google

EPI. Duro fatica a perdonarvi ma la necessità mi costringe. Scioglietemi, se vi piace.

CATERVA.

Ecco un uomo che si fe' libero colla sua malizia. Applaudite e state sani, alzate, e movete i lombi!

FINE DELL' EPIDICO.

Digitized by Google

NOTE

(1) Così Gronovio.

In vidulo aut melina adferre. Vidulus significat sacculum vel bulgam scorteam, in quam peregrinantes res suas condebant, Menaechm. II, 2, 12, et V, 7, 47. Et in Rudente plus decies. De altera voce, quid sit dubitatur. Turnebus *mellinam* scribit, et explicat lagenam mellinae, vel oenophorum, ex illo Persii: *Jam pueris pellem succinctus et oenophorum aptas,* id est jam accingis te ad navigandum, et accomodas sarcinas pueris, veluti vidulum, scortum, et oenophorum. Est autem *mellina* potio confecta ex melle. Pseud. II, 4, 51: *Habet murrhinam, tum passum, defrutum, mellinam, mel cujusmodi* Hujus deminutivum *mellilla* in Cas. I, 1, 47 exstat. Scaligeri in Varron, de R. R. pag. 229. μηλωτη, pellis ovilla est. Hinc *melinum,* et ab illo omne scorteum vocabant *melinum.* Unde apud Plaut. *mellina* est scortea mantica vel coactilis e corio. Sic ille, sed forte optimum est *melinam* dici *a meles* ut a *feles, felinus. Meles* est catus silvestris. Varro. lib. III. R. R. cap. 12. *praecipit* septi

leporarii macerias tectorio induci, *ne feles aut meles, aliave quae bestia introire possit.* Martial X, 37: *Venator capta mele superbus adest.* Nam et hoc animal venebantur. Unde est apud Nemesian.

Felemquae minorem
Arboris in trunco longis praefigere telis,
Implicitumque sinu spinosi corporis erem.

(2) Le volgate leggono *detegetur*. Scaligero propone la lezione di *Degetur* la quale viene seguitata da Bothe. Anche Giunti legge *degetur*, Sarracenio; *Degitur.*

(3) Son stato colla lezione di Carlo Langio le antiche *Quid? quid? aliquid reperiundum est,* Bothe *quidquid aliqua reperiundum est.*

(4) *Qui invident* leggono le edizioni.

(5) Ho seguitata la lezione di Bothe di cui vedi una lunghissima nota Pag. 278. Plauto Taurinense Vol. II.

(6) Così Lambino a questo luogo — Nonnulli enim canes Lacones, et Laconici appellantur. Horatius Od. 6. Epod. *Nam qualis aut Molossus aut fulvus* Lacon, etc. sed nunc vesteis suas nonnullas appellant Laconicas. Hoc quidam Periphanes, ut meretrices et mulieres libidino ac sumptuosas in invidiam vocet: sed etiam Horatius aliquot post seculis, ut sit minus mirum, has vesteis aetate Plauti in pretio fuisse, Laconicas purpuras commemorat. Od. 18. lib 2. *Nec Laconicas mihi Trahunt honestae purpuras clientae.* Alii quidam sic hunc locum explicant cani quoque ademtum est nomen. Nam cum canem, canem appellare debeant, Laconicum appellant. Sophocles in Ajace mastig.

Κυνος Λακαινης ωστις δυρινος βασιν

(7) La volgata lezione era *Nam te illo non aeque opus facto est.* Lo Scioppio di questa lezione menata buona da Lambino dice essere più fredda che l'inverno della Francia, *Lectione hieme gallica frigidiorem.* Carlo Langio legge nel suo codice *nam te lenoni atque.* Già disse Bothe che gli antichi scambiavano facilmente il *d* in *t* quindi egli propose la lezione seguita da me cui io trovo *Plautinissima.*

(8) Le volgate leggano *murcide* Langio *Muricide.*

(9) Sono stato con Bothe.

(10) Io volli piuttosto che le volgate e Langio seguitare il Prof. Berlinese.

(11) Sono colla emendazione di Bothe.

(12) Io resto maravigliato come il Chiarissimo Boucheron correttore della edizione Torinese, avendo in sul fine dell' opera messi i frammenti Ambrosiani, più nel Soldato Millantatore pag. 11. vol. III. avendo inserito il verso:

Quid tumultuas cum nostra familia occisi sumus,

(vedi pag. 24. vol. II. della mia versione al qual verso io ho posta una nota 10), non abbia fatto capitale di questo, il quale è Plautinissimo e pieno di scherzo comico. Io mi rimetto al buon giudizio de' filologi se la lezione Ambrosiana

Malleum
Sapientiorem vidi excusso manubrio

non è da preferirsi al

Malleum
*Sapientiorem * * manubrio*

delle volgate, le quali conservano la lacuna, e della lezione di Bothe:

Malleum
Sapientiorem scilicet manubrio
la qual lezione è più fredda dell'inverno della Prussia.

(13) Lambino legge secum duas, Boxornio e Camerario *copulas secuncias*, io sono stato con Bothe del quale vedi se ti pare una nota pag. 322-23. Vol. II.

(14) Vulg. minus expedito metro, *sed quis est haec* M. et Festus v. *Ravi*: S. q. *haec est*, ut migrare solent interpretamenta. Pro *gravastellus* Meursius, ubi hunc locum explicat in Exercitationibus criticis, malit *ravastellus*. Utramque formam agnoscit Festus vv. *Gravastellus* et *Ravi*, videturque spiritus *R.* literae in *G.* verso ex *Ravastellus* factum esse *Gravastellus*. Derivatur autem hoc verbum a *Gravaster* sicut *Macellus* a *Macer*, *Cultellus* a *Culter*; et ipsum *Gravaster* ad *Gravus* pertinet sicut *Surdaster* ad *Surdus*. Vidd. intpp. ad h. et grammatici. Caeterum Festus v. *Gravastellus*: — *gravastellus qui adveuít* quod non deterius vulgato *Bothe*.

(15) Pedibus pulmoneis esse, incedere, significat tardissimo incessu promoveri, sive propter mollitiem pulmonis, quum duri pedes ad currendum sint aptissimi; unde *equi aeripedes* Graecis *χαλκοποδες στερεοποδες*, et sic *pedes pulmonei* essent mollissimi, et ad laborem itineris corpusque sustinendum inepti: sive quod motus pulmonis perpetuus sit sine promotione: unde est et proverbium. *Pulmo prius venisset*, in lentos ac cessatores, qui et propterea Καλλιπιδαι dicuntur. Cic. ad Att. XIII, 12: *Biennium praeteriit, quum ille Καλλιπιδες assiduo cursu cubitum nullum processerit.* Suet Tib.

cap. 38, de illo semper minitante iter in provincias, neque tamen pedem porta efferente: *Ad extremum vota pro ita et redita suo suscipi passus, ut vulgo jam per jocum callipedis vocaretur: quem cursitare, ac ne cubiti quidem mensuram progredi, proverbio graecum notatum est.* Vel denique *pulmonei pedes* idem quod tumidi, inflati, atque ideo ad tolerandum iter non sufficientes, sicuti Plinius *pulmonea*, quaedam *poma* vocata ait, hoc est, ut ipse interpretatur, stolide tumentia; lib. XV, 14.

(16) *Tantum currere aut itare, ut invadant genibus flemina*: Proprie *flemina* dicuntur, ut ait Festus, quum ex labore viae sanguinis defluit circa talos. Caper de Orthographia: *Flemina sunt, ubi abundant crura sanguine: plemina, quum in manibus aut pedibus callosi sunt sulci.* Ita etiam volunt legi in Poen. III, 1, 67: *Quin etiam . . . velim*, ubi jam libri editi habent *flemina*. Eum tamen morbum et *boam tumamque* vocabant veteres. Festus: *Boa, crurum tumor viae labore collectus, appellatur.* Idem: *Tama, quum labore viae sanguinis in crura descendit et tumorem facit.* Così Gronovio.

Fine del Volume III.

INDICE

Digitized by Google